COMMENTATIO SYNOPTICA, DE CONTRACTU ET JURE COLONARIO PROVINCIALI,

Von Landsiedel-Leihe und Landsiedel-Recht/

Ad illustrationem Constit. Solmens. part. 2. tit. 7.

Composita

Et Solennis Exercitii gratia,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi,

DN. JOH. OTTONIS TABORIS, JCTI,

SERENISSIMI PRINCIPIS HASSO-DARMSTADINI, &c. Consiliarii, Inclytæ Universitatis LUDOVICIANÆ CANCELLARII & Professoris Primarii, Dn. Patroni, Promotoris ac Præceptoris sui æterno observantiæ cultu devenerandi:

Publico Examini subjecta,

A

PETRO BRAUN/ DITHMARSO.

Ad Diem VI. Sept.

Horis & Loco consuetis.

GIESSÆ HASSORUM,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELII, Acad. Typogr. Ord.

Anno M. DC. LXII.

ILLUSTRISSIMO AC
GENEROSISSIMO
COMITI AC DOMINO
DOMINO
CHRISTIANO,
SACRI ROM. IMPERII COMITI à Rantzaw/ Domino in Breitenburg/ *Equiti*, Potentissimo ac Serenissimo *Regi Daniæ & Norwegiæ* à Consiliis secretioribus, nec non *Regni & Ducatuum* Consiliario Primario, Supremo *Pro-Duci*, *Præsidi* in Collegio Status, *Assessori* in omnibus *Consiliis Regiis*, *Gubernatori* & *Præfecto* in Steinburg & in Dithmarsia.

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO

Exercitium hoc Academicum submissè inscribit ac dedicat

PETRUS Braun/ Dithmarsus.

Nobiliss. & florentissimo

DOMINO RESPONDENTI.

Qui cupit exactè cognoscere jura coloni
Et solidâ illorum cognitione frui;
Qui causas, fructus, momentaque singula agrorum
Et nosse, antiquis quæ placuêre, cupit
Hoc evolvat opus, percurrat & hasce pagellas,
Quas BRAUNI nobis sedula Musa dedit:
Et laudet studium, quis enim bonus improbet istud,
Quod solvit dubii credita jura fori?
Sed Themis interea dignos meditatur honores,
Ut BRAUNI meritis digna corona detur.

Hisce amicè gratulari voluit
JOH. CHRISTOPHORUS, Lib. Baro
De Lottum.

Nobilissimo Præstantissimo Doctissimo,

DOMINO BRAUNIO,

Publicè disputaturo,

Nititur & sudat miles furibundus in armis
Et tandem victor præmia justa capit
Nititur & sævas jactatur nauta per undas
Et tandem portum fessa carina subit
Nititur & sudat dum glebas frangit arator,
Deniq; sudores messis opima levat.
Niteris & sudas mi BRAUNI*, præmia tandem*
Illa dabunt, docti pectoris ausa tui.

Hæc in amoris signum invito Apolline
festinanter posuit
JOHANNES ALBERTUS, Baro
de WYLICH ET *KERVENNEIM.*

UT terris funesta lues jus fasquè piumque
Occidit, & diam tardat Erynnis opem:
Sanguineamque facem crudelis jactat Alecto,
Et Vælana furit triste Megæra nefas,
Jam sanè indomitas volvit dementia Gentes
Et ruit in Vetitum quisque, negata cupit.
Donec sancta Themis, Civilis Vincula Vitæ
In sua divinâ castra reducit ope,
Et Leges condit, septisque fidelibus ambit,
Et cunctos justo protegit Imperio.
Hanc Tu dum recolis studio, doctissime BRAUNI
Perdius & pernox, præmia digna feres.
Solus enim Themidos roseum servare cubile
Dignus es, ingenio est hæc quoque digna tuo.


Paucis hisce Nobiliss. Dn. Resp. *Amico suo honorando gratificare voluit debuit*

WEIPERTUS LUDOVICUS FABRICIUS, Hassus.

ADscribi castris, quid erit, nisi languida virtus?
Ni quoque maturè muneris adsit opus,
Namque suos pœnit sol nunquam spargere vultus,
Quem fuscans nubes vel nebulosa tegit;
Nec distat vitio virtus celata, sepultus
Cum virtutis humi serpere curet amor
Tu tamen immotis non tantum degis in armis
Sed tua conflictum poscit arena viros,
Scilicet arctato spacio mens celsa teneri
Nescit, sed missâ, sidera tentat, humo
Perge citus, contende, feri, quâ te vocat ardor
Ad sedes Clarias, vincere ludus erit:
Sic Themis Odrysii spondebit sidera factis,
Sic promtus scandes laudibus axe tenus.

Prænobili *Domino Respondenti* Imq;

ZACHARIAS CONRADUS Offenbach/Mœn. Fr.



JESU OMNIA TRIBUENTE.

THESIS PRIMA.



IUs Colonarium quod fuerit jure Civili & quod deinde Jure Solmensi & vicinarum Provinciarum moribus introductum sit, tum rectius intelligemus, ubi de colonis ipsis necessaria scitu præmiserimus. Quemadmodum enim haut suffecerit leges Colonarias hic expendisse, quas Harmenopulus Hexabiblo suo subjecit, *sub tit.* Νόμοι γεωργικοὶ κατ' ἐκλογὴν τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ: prout collatio ejus fragmenti cum his quæ mox tradentur, ostendet; *ubi Gothofr. in marginalibus annotavit Varron. lib. 1. de re rustica leges colonicas, dixisse; quæ Græcis Georgica appellantur, ut Virg. in Georg.* Siquidem istæ rem non magis expediunt quam leges Solonis apud *Demosth. Plutarchum & alios diligentius quam à Prateio factum fuit (in jurisprudentia Græcorum) collecta, à Samuele Petito lib. 5. Iur. Attic. tit. 1. & seq.* Ita ex nostri Justinianei Juris, copiosissima penu hæc omnia liquidius omninò cognosci poterunt, quàm istorum statutorum author ipse aut putaverat, aut meminerat, aut crediderat. Neque tamen refragamur aut repugnamus, si quis selectos illos de agricultura & re rustica libros 20 quos Janus Cornarius è Græcis Latinos fecit; Antonius autem Petri Narbonensis in linguam Gallicam transtulit, juris nostri traditionibus adjungere gestiat.

2. Scribit Pancirollus *in thesauro variar. lection. lib. 1. cap. 77. p. 145.*

Colonos appellatos fuisse, qui conditionem debeter genitali solo, propter agriculturam sub dominio possessorum; i.e. quod prædia in quibus sint nati, dominis colere teneantur. *Ita scil. definire B. Augustinum de Verb. Apostol. sermone* 19. Deque his intelligi sit C. de Agricol. & Censit. lib. 11. t. t. C. de Colonis Palæstinis, de Colonis Thracensibus, de Colonis Illyricianis l. 11.

3. Refert hanc explicationem Pancirollus in capite quod nominavimus 77. ubi agit de aliquibus à posteriori ætate in jure verbis & vocabulis receptis: sed vocem hanc longe latius patere seqq. docebunt. Nimirum *Colonus* in genere appellatur qui vel agrum colit *l.* 30. §. *ult. de usu & usufr. leg.* vel urbem. Ita Hygenus *lib. de limitib. constituendis* ex editione Rigaltii p. 169. f. Finitis (inquit) ampliorum bellorum operibus, augendæ Reip. causâ, Illustres Romanorum Viri, Urbes constituerunt, quas aut victoribus pop. Rom. civibus, aut emeritis militibus adsignaverunt, & ab agrorum nova dedicatione culturæ, *Colonias* appellaverunt. Differentiam horum colonorum & coloniarum à municipibus & municipiis vid. ap. Gell. *lib.* 10. *N. A. c.* 13. ubi ait: Municipes esse cives Romanos ex municipiis natos, quorũ fundus nunquàm populi Romani factus sit; Itaque & suo jure & suis legibus utantur: cũ Coloniarum alia necessitudo sit; Quippe quæ ex civitate propagatæ, Jura institutaque populi Romani non sui arbitrii habeant. Siculus Flaccus *de conditionibus Agrorum pag.* 2. Coloniæ, ait, inde dictæ sunt, quod populus Romanus in ea municipia miserit colonos, vel ad ipsos priores municipiorum populos coercendos vel ad hostium incursus repellendos. Plurimas earum coloniarum species exposuit Julius Frontinus *integro de colonis libro, ap. Rigaltium p.* 82. Qui etiam adjecit commentarium Claudii Cæsaris, *de Colonis p.* 341. Horumque etiam in jure exempla & nomina occurrunt *l.* 1. *De Censibus.* utpura Beneventanorum *l.* 57. *ad SCt. Trebell.* Graviscanorum *l.* 30. *de leg.* 2. Leptitanorum *l. Quidam* 30. *de Vulgar. & pupill. substit.* Philippensium *l.* 32. *ad SCt. Trebell. & c. conf. Thomam Campanellam, part.* 3. *philosoph. realis, quæ est de politica, ab H. Grotio in aphorismos redact. c.* 6.

4. Sed nos missis istis colonis ad agros nos conferamus.

Enim-

Enimvero cultura agrorũ perficitur velà Dominis ipsis vel ab aliis Domini vel privati sunt vel cum potestate, ut Principes, & Resp. *l.1. C. De Agricolis & mancipiis Dominicis vel Fiscalibus Reipublicæ vel privatæ lib. XI. tit. 67.* Principis agri aut excolebantur per libertos *l. unic. C. de Colon. Illyrician.* aut per servos aut per adscriptitios glebæ *l. 1. & 2. C. [de, & mancipiis] Dominicis] lib. XI. tit.] 67.* aut] per homines omnimodo liberos *l. 12. ibi. servos vel tributarios C. de Agricol. Confer. Perez. ad tit. C. de Mancipiis & Colonis patrimonialium saltuensium & emphyteuticorum fundorum lib. XII. tit. 62. n. 1.* Hi omnes generali vocabulo vocantur Agricolæ *in rubric. & l. 10. C. de Agricol. censit. & Colonis* ubi genus cum speciebus conjungitur; uti rectè docet Cujacius in Rubric. licet ibid. Perez. num. 3. agricolas pro adscriptitiis glebæ in specie explicet: Germanis dicuntur Ackerleuthe / Landbaur; Baur. De servis nihil attinet dicere cum eorum conditio nota sit, sed apud Christiãos minus usitata. Enimverò servis similes erant qui (1) Censiti dicebantur, *d. Rubr. C. de Agricol. & censit.* Ideo quod censibus obnoxii *l. 1. C. de tyronibus lib. XII. tit. 44.* adeoque libris censualibus adscripti essent *l. 4. & 22. C. de Agric.* Qui ideo (2) & *Adscriptitii* dicebantur *l. 18. in fin. d. tit. l. 20. C. de Episc. & Cleric.* & adnotati; *l. 16. C. d. tit.* vel (3) cum adjectione adscriptitii glebæ s. terræ; vid. *Turnebum 15. advers. c. 16.* Qui licet servis manucaptis seu mancipiis, meliores videri vellent: Tamen in effectu parum ab iis differebant. *l. ne diutius dubitetur 21. C. d. t.* Ubi Imperator Justinianus: Quæ enim differentia (inquit) inter servos & adscriptitios intelligatur, cum uterque in Domini sui positus sit potestate, & (Dominus) possit servum suum vel cum peculio vel sine eo manumittere, & adscriptitium cum terra dominio suo expellere q. d. in effectu nulla est differentia inter servum & adscriptitium, sive Jus hoc *ut consistens* sive *ut dissolvendum* consideres. Nam jure consistente uterque est in Domini potestate quoad bona & personas Unde etiam utrorumque nomine Domini, tenentur actione de peculio & noxali *l. ult. C. quod cum eo qui.* si autem de dissolutione hujus juris quæstio sit: ut Dominus servum cum peculio vel sine peculio manumittit: ita etiam adscriptitium potest liberum efficere, & de Dominio suo dimittere, hac tamen lege ut

 priorem

prioretn illi terram excolendam relinquat *d.l.21.Conf.l.2.C.in quibus causis colon,censiti dominos accusare poß.lib.XI.t.49.* Ergo in effectu ut diximus,censiti & adscriptitii isti à servis non differebant; licet alia ab initio constituendæ conditionis,causa eorum fuerit,ac fortè etiam illa quæ apud Cæsarem *de bello Gallico lib.6.* legitur: Plerique è plebe dum ære alieno aut magnitudine tributorum aut injuria potentiorum premuntur,se se in servitutem dicant nobilibus. In hos eadem omninò Jura quæ Dominis in servos. Dicebantur denique (4) Tributarii *d.l.12.C.de Agricol.* Diffent. Caroc. de locat. Conduct.*q.3.n.2.verf. Adscriptitii: Vbi tradit; censitos ab adscriptitiis hoc differre: Quod censiti fuerint,qui censum annuatim solvere tenerentur: Adscriptitii autem qui partem fructuum.*

5. Alterum genus agricolarum quod libertatem retinebat,in nomine generis acquiescebat&colonorum vocabulo ἰδιωτικῶς appellabatur,*d.t.C.de Agric.Censitis & Colonis* erant enim Coloni isti,in specie dicti,liberi homines *l. 1. C. de prædiis tamiacis*,qui certos reditus & pensiones Domino terræ præstabant in pecunia vel speciebus pro solo *l.5.l.20.§.2.C.de Agricol.* Distinguebantur hi primum à tempore;deinde,etiam à locis. A tempore inquam culturæ,aut enim per 30 annos in possessione & Jure colonario substiterant&tunc terram amplius dimittere non poterant,utcunque cæterà liberi essent & bona propria haberent,*l.Agricolarum 19.C. d.t.l.unic.ibi; Colonos quodam æternitatis Iure detineant.C.de colon. Palæstinis*,ut nec liberi eorum;*l.pen.C.d.tit.* Aut intra ea tempora consistebant & renunciare conductioni poterant, *arg. d.l.19.* Licet facilè fieri posset ut per diuturnitatem incolatus,tandem planè in servilem conditionem raperentur: Quod suo tempore accidisse miseris colonis conqueritur Salvianus *lib.5.de providentia Dei c.2.*

6. Dicuntur quidem & Coloni glebæ inhærere in *l.Colonos 15.C.de agricol.* Enimvero ut vocabulum Coloni aliquando genericè usurpatur pro agricolis: Ita glebæ inhærere item laxius ibi agricola dicitur,qui vetatur à Fiscalis glebæ culturâ abstrahi; *l.1. C.d.tit.* Cum Dominus ejus loco conveniri & exigi queat. *Cujac.ad d.l.15.* Quin etsi priores illi Coloni à gleba abire non possent; tamen à veris adscriptitiis in eo differebant; Quod terris inservi-

tcn

rent non tributario nexu, sed nomine & titulo colonorum, *uti lo- quuntur Impp. in l. un. C. de Colonis Illyricianis.*

7. Potrò à locis & regionibus Coloni distinguebantur in Palæstinos *d. lib. XII. tit.*, 51. Thracenses 52. Illyricianos 53. Sed & à Patrimonii distinctione discernebantur. Ut enim aliàs substantia Principis duplex est: Una publica sive fiscalis, *quæ quasi in patrimonio* Principis est ac sub Comite sacrarum largitionum custoditur v. *lib.* C. 1. *tit.* 37. Altera privata, quę vere ac proprie in ejus Patrimonio est: & quia latè diffusa, plures præfectos recipit; prout fundi isti iterum subdistinguuntur: ita ut quidam dicantur fundi patrimoniales & sint sub Comite sacri patrimonii *d. lib.* 1. *tit.* 34. Alii appellentur fundi rei privatæ; constituti sub comite rerum privatarum *d. lib.* 1. *tit.* 33. *& lib. XI. tit.* 65. Alii nominentur fundi Divinæ Domus pertineantque ad curam comitis domuum (cujus fit mentio *in l. un. C. Ut omnes Iudic. tam civiles quam militares*) vid. Pacium *in Isagog. tit. C. de fundis patrimonialibus & saltuensibus & emphyteuticis lib. XI. tit.* 61. Ita etiam coloni ipsi iterum dividebantur *t. t. C. de mancipiis & colonis patrimonialium saltuensium & emphyteuticorum fundorum lib. XI. tit.* 62. *& seqq. imprimis tit.* 67. *de agricolis dominicis, vel fiscalibus reipublicæ vel privatæ.* In quibus licet aliqui se meliore conditione esse jactarent, ut Palæstini. *l un. C. de Colon. Palæst.* Aliqui difficiliore: ita ut tributum capitis etiam præstare cogerentur, ut Coloni Diœceseos Thraciæ: *d. l. un. C. de colonis Thracensibus* Postea tamen invicem ferè exæquati sunt, *d. l. unic. de Colon. Palæstinis* scil. quoad conditionem adscriptitiam & præstationem census; *l.* 5. 8. 20. *C. de Agric. l. un. C. de Colon. Thracensibus.* Sanè Colonos Illyrici orientalis capitationem quoque contulisse, excepta Ecclesia Thessalonicensi *ex lib.* 12. *C. de annon & tribut. collegit* Cujacius *in Comment. ad l. un. C. de colonis Illyricianis.*

8. Ad eundem ferè modum etiam Resp. & municipia agros vel per servos vel per libertos vel per Censitos vel per Colonos excolebant *arg. l.* 1. §. 1. *si ager vectigalis vel emphyt. pet. l.* 3. *& t. t. C. de diversis prædiis Urbanis ac rusticis templorum ac civitatum & omni reditu civili lib. XI. tit.* 69. conf Hygen. *lib.* 2. *de limit. constit p.* 213. *& ibi Rigalt. p.* 131. Cujac. in Paulo *ad d. l.* 1. §. 1. *p.* 327. *lit. B. & C.*

9. Denique Privati etiam agros suos aut ipsi colebant, ut pauperculi quique, aut per alios utputa servos, libertos, Colonos, aut planè liberos homines: Aliquando etiam per utrosque simul; nempe servos vel alios sibi addictos & mercenarios. Cujac. *in comment. ad rubric. C. de Agricol. & censitis in fin.* Perez. *ad tit. Cod. de mancipiis & colonis patrimon. lib. XI. tit. 62. n. 1.*

10. Hæc ideo præmittere voluimus, ut appareret, non satis consideratè eos rem hanc expendere, qui tradunt: Jure communi omnes colonos fuisse servilis conditionis Leibeigene Leute. Mævius *lib. 1. ad Ius Lubec. tit. 3. artic: 3. n. 2. & seqq.* Ex adverso etiam authorem Juris Solmensis plus vice simplici peccasse, quando Jus Colonarium totum ad Colonos illius provinciæ restrinxit, & conditionem istorum Colonorum Jure civili planè incognitam esse constituit part. 2. Solmischen Landrecht. tit. 7. §. 5. ibi. das Landsiedel-Recht / inmassen es hier zu Lande gebrauchet wird / ist den Käyserlichen Rechten unbekandt. Licet enim facilè concedamus Colonorum illorum ut sic dicam Solmensium, diversam esse conditionem si statum spectes: liberi enim omnes sunt; sive modum constituendi & exercendi Juris Colonarii: Non tamen dicendum est in LL. Romanis principia ejus Juris Colonarii non haberi, multo minus totum Jus Colonarium ad novam & peculiarem illam Solmensium speciem restringendum esse: ut ille fecit cum titulum Germanicum von Landsiedel-Leihe und Landsiedel Rechten / Jus colonarium in versione & inscriptione marginali reddidit. Apparet enim ex dictis, & quæ deinceps subiicientur: Romanos, præ aliis gentibus jus istud colonarium, summo studio excoluisse: quippe qui non minus quàm alii sapientes, (ut Socrates, Plato, Aristoteles *vid. 1. polit. Arist. c. 6. & 7. itemq. lib. 4. c. 4. & pass. Platon. lib. 5. de LL. & alibi.*) intelligerent, quantum interesset Reipubl. agros ritè & studiosè excoli. *conf. Plin. lib. 18. N. H. c. 2. Tholosan. 4. de Repub. c. 8.* Rectius autem facturi fuimus, si doctissimi Cujacii exemplum *in rubr. ad tit. Cod. de agricol.* & in hac & in aliis Juris partibus sequuti: primum placita Juris Romani veteris, deinde recentioris investigaverimus, ac tum demum sententiam statutorum & Jurium provincialium contulerimus.

Ad titulum const. Solmens.

Enim-

11. Enimvero si ad Germaniæ nostræ colonos animum intenderimus, deprehendemus illos etiam diversæ conditionis esse, siquidem & in Bohemia & Pomerania & Megapolensi aliisque agris, etiamnum homines glebæ veluti adscripti reperiuntur; imprimis illi, qui Vandalicæ sunt Originis, in quibus itidem modò paulò liberioris conditionis species occurret, ut in Lusatia der Lehnbaur/Lehenmänner oder Lehnleuthe: alibi der freyen Baur: modo adstrictior der Hofbaur/Hübner Fröhner/oder Frohnburen. *Aliter Balthas. de op. r. instit. c. 8. p. 13 E.*

12. Sed ad Constitutionis Solmensis interpretationem meditationes nostras inprimis relaturi, tantum de liberis hominibus cogitabimus, qui nempe culturam agrorum per locationem conductionem suscipiunt; & generali colonorum nomine nihilominus appellantur. Quemadmodum prædiorum urbanorum sive ædium conductores *inquilini*, indigitantur: *l. re pignoris 57. ibi: pro colono in agro, in ædibus autem pro inquilino fit. de acquirend. vel amit. possess.* conf. Appianū *lib. 2. de bello civili, ibi,* ἐνοικίων τῶν καλουμένων ἐνεχομένων ἀλλοτρίας οἰκίας: Inquilinum vocant habitatorem alienarum ædium, h. e, conductorem. Quod ad Meursii glossarium annotandum puto.

13. Porro locatio omnis vel simplex est, vel conjuncta cum translatione Juris alicujus plenioris. Solmische Landordnung *part. 2. tit. 5.* Maulius *de locat. conduct. tit. 5. n. 1.* Simplex est vel rerum, vel operarum Maul. *d tr. c. 9.* Res locantur vel mobiles, vel immobiles. De mobilibus agit jus Solmense, *d. part. 2. tit. 4.* De locatione rerum immobilium simplici *tit. 5.* Plenius autem jus est vel Emphytheuticum vel colonarium. Illud appelllatur ein Erblehn/& contractus, eine Erbleihe; exponitur tit. 6. Colonarium das Landsiedel Recht/& contractus, die Landsiedeleihe. *tit. 7.* Colonus iste ein Landsiedeler oder Landsiedel dicitur. Conf. Besold. *Thesaur. pract. in hoc verbo.*

14. Ratio hujus appellationis Germanicæ admodum videtur obscura: Licet enim nomen compositum esse dixeris ex Land & Siedelen; sic ut prior illa vox terram seu agrum notet: Non satis tamen aperta est significatio adjectæ terminationis, *Etymolog.*

Siedeln:

Siedeln : Est quidem inter homoeoteleuta, vocabulum Einsie-del quod hominem solitarium notat puta Anachoretam vel ere-mitam : Sed nec in ea voce propria terminationis significatio sa-tis aperta est. Existimarit quis laborem viliorem & sordidiorem no-tari: Ita enim Sudeler dicuntur Lixæ & similis farinæ homines laboribus vilioribus addicti *vide Salmas, lib. de usuris. c. 18. ubi de coria-riis & foricariis. p. 527. & seqq.* Unde Sudelköche. Idem formula Sudlen und prudeln; cum homines de gravitate laborum con-queruntur, sonare videtur. Et porro compositum *besudeln.* Scam-na etiam rustica alicubi Siedeln & Siedelbäncke appellantur. Sa-xonibus olim vocabantur Landtsassen/welche auf gemieteten gü-tern sassen davon man sie vertreiben konte wan man wolte *Land-r. lib. 1. art. 2. in fin gl.* differebant tamen von den lassen: welche die Sachsen hatten frey gelassen/und vorzeiten zu den zinse Gütern auf dem Lande gebohren gewesen seind/davon sie gleichwol nicht haben ziehen mögen/ohne ihrer Herren wissen und willen. *Landr lib. 3. art. 8. im gl. col. 4. conf Balthas. d. cap. 8 p. 135.*

15. Valde abutitur hac voce imo planissimè errat in ejus-dem expositione Wehner *in Observ. Pract. sub nomine* Landsiedeln/ quando eandem, & quidem in ipsa constitutione Solmensi sic accipi putat, ut idem sit quod Emphyteusis. Nam ut mox pa-tebit, Constitutio ista Emphyteusin & Jus hoc Colonarium sui peculiaribus titulis; ita etiam causis & effectibus distinguit. Eaque nos ratio imprimis movit exponendæ hujus constitutionis (ipsi-quam & alia superius designata & postea patefacienda sit,) ut er-rorem hunc animis commilitonum eximeremus. Nisi vocem istam plane generaliter velis accipere, pro quibuscunque agrorum colonis, peculiari quodam, præ simplicibus, Jure in agris gaudenti-bus.

Synonym. 16. Jure Canonico quoddam genus locationis dicitur ad fir-mam *cap. 2. locate cap. 7. de iure patron.* Quod à Gallorum ferme, (dic par ferme) deductum : Veruntamen amplius aliquid quam sim-plex illud locare vel locatum dare aut tenere, sonare videtur. *ad-bib notat, ad d. c. 7. Locati.* Ubi Cujac. ait phrasin hanc, *ad firmam concedere,* Pontificem populariter usurpare. *Finckelthus. observ. 5 n. 5.*

itemq;

itemq; in tractat. de iure patronatus cap. 5. n. 19. Citonius tamen *in pa ratit. juris Canon. ad tit. de locato & conducto pag. 211.* ausus est originem hujus appellationis petere ex constitutione Zenonis in *l. conductores 34. C. locat. conduct*: quia per eam constitutionem (*id v. tantum in constitutione spuria & ex Basilicis inserta. l. 33. C. d. tit. habetur*) licuerit locatori intra annum resilire à contractu, & conductorem expellere: Sed *quia fides firma data fuerit* non recedendi; Hinc locationem dictam fuisse *firmam*: Addit, alios vocabulum derivare à mercede certa & firma, quæ promitteretur. Sed priora magis congruunt. d. capit. ult. ibi; *præstita fide firmavit, ne prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant.*

17. Italorum etiam *dar al affitto* amplius aliquid sonare videtur, & forte tale jus colonarium quod affixos, addictos & quasi adscriptos glebæ facit. Uti *in l. un. C. de Colonis Palæstinis l. un. C. de Colonis Thracensibus & seq. tot.* Hinc Coloni Italis passim audiunt affictuarii. *post Gigant, Gratian. & alios à se citatos Ludovic. Postius de Manutent observat. 35. n. 159.* Inde affictus *in c. ult. de restit. spoliatorum*, dicuntur pensiones locationum. Italis enim *affittare un campo* vel *dar ad affitto*, est locare agrum fodiendum vel colendum, sive ut Cujac. *ad d. cap. ult. de locat. conduct. sentit*, Locare prædia sub certa pensione. Fridericus Barbarossa per aphæresin, fictum bis dixit & usurpavit pro affictu *: in Const. s. libro de pace Constantia § pacta Placentinorum*, Sic iidem Itali fictum pro ipsa pensione accipiunt & usurpant *vid. Caroc. de locat. conduct part. 5. quæst. 22. n. 9. Citonium d. pag. 211.*

18. Similes videntur esse Colonis istis, Gallorum, Belgarum, Borussorum, Aliorumque populorum *arrendarii*, sive illi Coloni & agricolæ, qui fundos aliorum conducunt colendos ad certum tempus, sub pensione, ad propriam utilitatem; Ita ut fructus suos faciant ubi primum decerpti fuerint, ut *in l. 26. § 1. de pact.* Id Brabantini fieri dicunt per modum Arrendæ. *v. Anton. Perez. in prælect. Cod. ad tit. de Agric. & censit. n. 29. vers. Tertia*, (q. dicas: conductionem ad reditus s. pensiones, auff Renten verleihen. Gall. *faire un arrendement.* Consonat Hispanorum arrendamiento) De Saxonum Lassen & Landsassen dixi supra *l. 141 f. Add.*

Berlich.2.conclus. 148. In Dithmarsia & alibi, coloni appellantur Hürlinge & Hurmänner/ ut habetur *in constit.provincial.Dithmarsi tit.78.ac seqq.* appellatione deducta ab ipso contractu der Hüre. Quomodo etiá in Hollandia Locationem Huyr, ende de Verhuring dici, notavit H.Grotius *in manud.ad Jurispr.Holland.lib.3.tit.19.p.* 187. Forsan.à voce Heurig/ac latino hornus, quasi de fru[illegible]gibus hujus anni & cōmoditate eas percipiendi, potissimùm eo contractu agatur.

(Definitio contractus Colonarii.)

19. Definitio contractus ipsius non videtur alia constituenda esse, quam locationis, nisi quod constitutio ista scripturam requirit. Describi ergo poterit; locationis species, sive locatio quædam, quâ colono prædia rustica ad certum tempus sub certa pensione utenda fruenda conceduntur, scripturâ desuper confectâ.

(De divisione hujus contractus)

(Docum.sub lit. A.)

20. Licet autem Legislator noster die Erb-Leihe/ hoc est, Emphyteusin, ut supra intelleximus, diligenter distinguat von der Landsiedel Leihe *part.2.t.t.7.* §. Denn erstlich. 2. Aliquando tamen in instrumentis legimus, eine Landsiedel Erb-Leihe/ ut in exemplo & casu sub litera A. subjecto apparet. sed arbitror verbum Landsiedel per pleonasmum ibi adjici, ut generaliter denotetur contractus in regione usitatus, & designetur eine Landsiedliche Erbleyhe. Utique divisionem specierum homogenearum non rectius hinc exsculpseris, quomodo Dd. quidā, locationem ipsam dividunt in Locationem in specie dictam & Emphyteusin *v.Caroc.de Locat.conduct q.3.n.1.* Nec illa satis aptè huc quadrat divisio, qua locatio alia fieri dicitur ad modicum tempus, puta 5. 6. aut 9. annorum; Alia ad longum tempus. *Caroc. d.quæst.3.n.1. Maul. de Locat. Conduct. n.2.* siquidem ista commun. fere ad modicum tantum tempus contrahitur. Nonnullis dividitur in tacitam & expressam: Veluti si fundus locatus sit ad tempus & conductor ultra illud tempus in fundo maneat. *P.Cuneus in Comm. MS.de Locat.conduct. Carocius d. quæst. 3, 2. vers. Tertia.* Tametsi JCti eo pacto non nova aliqua inducatur locatio: sed prior illa tacite rehabilitetur & redintegretur: *l. Qui ad verbum. 14.in §. Locati. l. 16.Eod.* Itaque Constitutioni Solmensi hac in parte amplius aliquid exigenti, magis hæc divisio congruit & consentanea est *v. inf.* § 27.

f.l.27.f. Itemq; Constit. Dihtmarsiæ, ubi tit. 81. sanctum legitur: Hatt der Guttherr dem Heurmann das Heur-Gut nicht auffgesagt/vnd lässet jhn also schweigende (tacitè) auff dem Gute sitzen / so mag er dasselbe Jahr den Heurlingk nicht außtreiben/weile sein stillschweigen so viel geachtet wird / als hette er jhm das Gutt von neuem verheurth. *congruit. d. L.14. Locati. & L.16. C. eod.*

21. Causam efficientem remotam legislator noster collocat in consuetudine, quæ naturam imitata, semper novas (salvem variantium pactorum) formas introducit. Unde Ille, ut supra l.8. indicavimus §. Dieweil denn 5. dicere audet, das Landsiedel-Recht/ inmassen es hie zu Lande gebrauchet wird / sey den Käyserlichen Rechten unbekand. Qui occasione duo κεφάλαια in disquisitionem vocari possunt. (1.) An jus Colonarium istud, juri civili plane sit incognitū? (2.) An Status Imp. singuli in suis ditionibus ejusmodi novum jus non tantum præter, sed & contra jus commune possint inducere? De Priore dubio jam supra ex occasione dictum. Nempe cum in jure nostro, *præsertim tot. titulo C. de Agricolis censitis & Colonis. Itemq. tit. 50. & seqq.* tot distincta Colonorum reperiantur genera, de veritate istius assertionis dubitari posse. Neque enim omnes agricolæ erant adscriptitii seu glebæ adscripti: sed libertate per omnia integrâ retentâ, agros pro certa pensione annua aut pro parte frugū paciscebantur *v. Anton. Perez. in tit. Cod. de agric. & censit. n.3.* præterea sigillatim demonstrabimus, pleraque istius juris capita, juris civilis Præceptis omninò congruere. Accipiendus ergo erit constitutionis author de specificâ naturâ huic negotio in nonnullis articulis *v. inf. 8.27.37.* posterioribus temporibus indita *v. P. Gregorium lib.18. Syntag. jur. c. 23. L.20. §.1. ibi: coloni extranei. de Instr. vel instr.*

(*De causa efficiente remota.*)

22. Posterius dubium quod attinet: Olim vix licebat Magistratibus Provincialibus aut Municipalibus tale quid moliri *l.3. § Divus Hadrianus. 3. de sepulchro violato l. Formam. 2. C. de officio pref. Prætor. Orient. & Illyr.* Sed postquam Statibus jura superioritatis concessa sunt, Autonomiam ita extenderunt, ut statuta non tantum diversa sed & contraria juri communi condere cœperint *post Gail. Schrader. Heig & alios à se citatos Knipschild. de jurib. civit. lib.2.*

cap. 10. *n.* 33. Imperatore veluti semper consentiente certe connivente, *Ordin. Polit. de anno* 1577. *tit.* von Juden §. *ult. ubi Imperator Rudolph. II. ita loquitur:* Doch soll hiedurch den Chur-Fürsten und Ständen an Ihren von Uns habenden Käyserlichen Regalien und Privilegien und zustehenden Gerechtigkeiten / Ordnung zu machen / nichts praejudiciret oder benommen / sondern Ihnen vorbehalten seyn. facit. *Ord. Camer. part.* 1. *tit.* 13. *&* 57. Imò etiam clausulis derogatoriis quaedam jura provincialia expressè videas munita *v. praefat. Magdeb.* Kirchen und Policey-Ordn. ibi: Wie Wir dann den gemeinen Rechten / so weit es dieser Unserer Ordnung zu wieder / auß Landes Fürstlicher Macht und Obrigkeit hiemit derogieret hab en Quod ne pugnet cum ratione *c. dum inferior.* 16. *de Major. & Obed. & Clem.* 2. *de Elect.* Adhibendae erunt declarationes Knipschildi *d. cap.* 10. *n.* 58. *& seqq. veluti ad Ottonem cap.* XI. *p* 23. *latius dictum & declaratum est.*

(*Efficiens proxima s. persona constituens jus colonariũ,*)

23. Efficiens proxima est Dominus bonorum ruralium agrestium *in pr.* ibi: der Lehen-Herr & ibi: der Eigenthumbs-Herr. §. Zum andern *& pag* 67. B. §. 2. ibi: & §. Soll der Lehen-Herr & §. Erstlich ibi: So jemand seine Feld-Güter zu Landsiedel-Rechten verleihen will. Dicitur, inquam, communi & generaliore vocabulo der Lehen-Herr in §. Erstlich 6. *sub finem.* Quo nomine & Dominus feudi s. senior & quidem propriissime Et Dominus Emphyteuseos (magis significanter des Erb Lehen-Herr) solet denotari. In Constit. provinciali Dithmarsiae *tit.* 81. *& pass.* appellatur der Gut-Herr: quasi des verlehnten Gutes Herr: h. e. fundi locati Dominus. Dices jure civili non tantum Dominum agri, locare eum posse, sed & b. f. possessorem *l. si quis.* 9. *locat.* Etiam fructuarium *d. l.* 9. §. 1. *l.* 12. §. 2. *de usufr. &* alios, atq; adeo ipsum conductorem *l.* 7. 8. *l.* 24. §. *si colonus* 1. *d. t. l.* 6. C. *eod.* C. 1. *A. Locat.* 6. 5. Respond. Legisl. Solmensis loquitur de casu frequentiore. Nam & ipsum conductorem, id aliquando posse, non dissimulat, §. Deßgleichen 45.

(*Subj. recipiens.*)

24. Subjectum recipiens der Beständer / est colonus qui alienos agros sub hac lege colendos accipit, der Landsiedel *d. t.* 7. §. *item* soll der Lehen-Herr dem Landsiedel. *de cujus appellatione ratione sup.* §. 12. *inquisivimus.* Eum in aedificiis inquilinum magis propriè

propriè & specificè appellari *notavi supra thes. 12 add l. 25. §. 1. ibi: Coleno frui & inquilino habitare liceat. locati conduct.* Porrò conducere possunt & colonariam hanc conventionem aut obligationem subire, omnes qui non prohibentur: cum hoc negotium sit ex genere permissorum. *v C. l. A Locat. l. 7. & 8.* Solent tamen plerumque subire agricolæ & rerum ruralium periti. Utcunque enim universo hominum generi, culturam agrorum salutarem esse prædicet Cicer. *Caton. major.* Non tamen omnibus hodie agrestis st va aratri convenit: Et multi qui agricultura per imperitiam affectarunt, jacturam bonorũ passi sunt. Ut enim fabris fabrilia: Sic rusticis ruralia committenda sunt: A quibus etiam Jureconsulti ad eam rem facientia discere non sunt verecundati. *arg. l. 79. § 1. de Legat. 3. ibi: Proculum audisse senes rusticos dicentes.* Ex adverso prohibebantur olim colonariã conditionem subire (1.) Curiales, *l. 20 C de Locat. conduct. l. 34. C. de Decurion.* Cujus prohibitionis rationem se negat invenire posse Bachov. *in not. ad parat. Wesenb. de procurator. n 4 p. m. 138.* Notatus eo nomine etiam ab aliis viris doctis. Arbitramur autem commodiorem dari posse *ex l. 1. C. si curial. relict. civit. Et l. ex omnibus 31. C. de Decurio. n.* Licet autem conditio Decurionum hodie alia sit, & hi vel præcipuè agriculturæ ac cõductioni etiam alicubi studeant: Certum tamen est, parum indulgentiam istam ad usum Rerumpubl. & municipiorum conducere. (2.) Milites actu militantes *l. milites 31. & 35. C. de locat. cõduct. per rationes in L. milites. 13. de re militar. l. ult. C. de locat. conduct.* Quæ rationes, cum etiamnum hodie militent, dolendum est, mores hac etiam in parte nimium quantum à rectitudine juris Romani recessisse, cum confusio ordinum & functionum, Reipubl. non possit commodare. *arg. l. ult. C. de legit. tutel. Nolden de statu Nobil. c. 7. n. 56. facit l. 1. & t. t. C ut dignit. ord. ser vetur. 12. 8.* Denique (3.) Etiam vetantur Clerici prædia ab aliis conducere *Novell. 123. c. 6. pr.* Etiam jure Canonico. *cap. 4. Ne Clerici vel monachi secularibus negotiis se immisceant. Quomodo legendum est in C. A. d. l. 8. f.* Unde magnus quidam Dominus, inutilem colonum ab agris expellens, inter alias, etiam hac ratione usus est: Er habe tempore contractus seine Person / condition und Stand / benantlich daß er ein Münch un Geistlicher / deme

 der

deme der Ackerbaw gar nicht zustehet / allerdings verschwie-
gen/ꝛc.

(Objectum.) 25. Objectum hujus negotii sunt bona rustica Feld-Güter §. Erstlich ibi: So jemand seine Feld-Güter zu Land-Siedel-Rechten verleihen will. Quæ tamen quandoque ædificia adjuncta habent ein Hoff und andere Gebeude *d.tit. 7. §. Item* soll der Lehen-Herr 8. Quo loco cavendum est, ne colonum talem vel potius inquilinum (respectu ædificii) cum superficiario confundamus. Quanquam enim *Paulus in l. superficiarii 74. de rei vindicat.* superficiarium generalius definiat; Eum qui in alieno solo superficiem ita habet, ut certam pensionem s. mercedem præstet: peculiaris tamen emphasis vocabulo *habendi* hic assignanda venit, ut designet habere superficiem jure dominii simili. Licet enim jure civili superficies cedat solo; & jus soli sequatur: *l. Paulus 29. §. Domus 2. de pignorib. l. domo 21. de pignorat. act. l. ult. de superfic.* Prætor tamen superficiarium tuetur quasi dominum *l. 1. de superfic. l. 3. §. ult. de oper. nov. nunt.* Itaque licet ratione conductionis in genere comparetur cum inquilino, adeoque quasi inquilinus dicatur *in d. l. 3. §. ult.* Est tamen plus quam inquilinus *l. si fignum 44. §. 1 vers. placet de O & A. Garsias de expensis, c. 14. n. 26.* Siquidem inquilinus nullũ jus habet in re quam inhabitat; superficiarius autem habet, uti dictum, jus in re dominio simile. *Cujac. in Paulo ad l. 74. de Rei vindicat. pag. 325. B. & C.* ubi putat Græcis hoc jus ἐμβατευτικὸν appellari *l. 3. §. 4. de Rebus eorum qui. q.* d. jus ingrediendi & insidendi alieno ædificio, hoc enim est ἐμβατεύειν. *Becht. Disp. de servitut. personal. §. 15.* Dissentit Brisson *in lexico verb. Emphyteusis.* ex quo solito more descripsêre Gothofr. *ad d. l. 3. §. 4.* & Salmas. *de modo usurar. c. 13. f. pag. 575.* qui Emphyteusin & embateusin pro synonymis habent. Perperam: non enim conjunguntur uti synonyma; sed ut jura affinia *Cujac. d. p. 326 lit. E.* Verum hæc alterius inquisitionis sunt. Nos ad jus colonarium regrediemur.

26. Porrò verbo der Feld-Güter *v. Reform. Francofurt. part. 9 tit. 1. & seqq.* continentur fundi *l. 3. l. 9. pr. Locati* agri *l. 15. §. 2. Locati l. 15. Cod eod.* Vineæ *l. 13. §. 5. & 6. Locati* Hortea *l. 55. eod.* prata, pascua &c. *l. 19. §. 1. d. t.* Quatenus autem hoc procedat in rebus

aliena

alienis f. quæ non planè & absolutè nostræ sunt, subindicavimus supra §. 25. Debent autem bona ista esse designata antequam locentur; der Herr muß selbige zuvor läuden/ stecken und steinen lassen/ ut quid, quale, quantumque locetur, appareat d. §. Erstlich ut infra pluribus dicetur.

27. Forma juris Colonarii considerari potest, ut constituendi & constituti. Ut constituendum consideratur in perfectione & implemento. Perficitur locatione; sed ea in scripturam redigenda. Licet enim scriptura aliàs regulariter ad constitutionem contractuum non requiratur aut pertineat, *l.17. C. de pact. l. cum te. 5. C. de transact. Novell.* 73. *c.* 8. Idque nominatim de hoc contractu locationis conductionis provisum & decisum sit, *in l. contractus* 24. *C. de Locat. l.* 14. *ff. eod.* Unde etiam in dubio contractus non censetur in scripturâ celebratus fuisse: Bald. *in l. cum te n.* 2. *C. de probat. Socin. consf.* 142. *inf.* Exceptiones tamen compluseulas regula hæc admisit, quas ad Barbosam *in loc. de scriptura axiom.* 4. jam olim adnotavimus. His ergò meritò accensemus constitutionem Solmensem in hac contractus specie, tùm propter affinitatem, quam cum Emphyteusi habet, tùm propter variam & difficilem negotii figuram *d. tit.* 7. §. 7. *ibi* Item soll der Lehen-Herr dem Landsiedel/ unter des Gerichtes oder Ampt-Mans/ oder sein selbst Insiegel/ einen Leihe-Brieff fertigen und zustellen/ in welchem (1.) die Güter sampt ihren Zugehöhörungen/ eigentlich benahmet/ (2.) und sampt ihren Anwenden (agros vicinorum vel publicos subaudire licet) specificiret/ auch (3.) die pacta und Gedinge/ auff welchen dieselben Güter verliehen/ und weß sich damit der Landsiedel halten solle/ außtrücklich erkläret werde. *Conf. l.* 24. *& 26 de locat. conduct.* ex quibus & aliis locis apparet, etiam veteres instrumenta locationis facere solitos fuisse. Ea autem quæ solita sunt fieri, facilè transeunt in juris necessitatem. §. 1. *vers. quod quia justum videbatur & populare erat, paulatim conversum est in assiduam jurisdictionem Inst. de fidei commiss. hæredit. pr. Inst de codicill. vers. post quæ tempora l. 5. de mar. ũ vindict. l. 5. de test. milit. l.* 37 *pr. & §. 1. de evictione.* Rationes speciales indicabuntur §. 29. Enimvero ea scriptura etiam requiritur in renova-

(*Forma.*)

(*Ad* §. 7.)

novatione contractus istius qui ad certum tempus iniri solet, ubicunque alias locatio conductio tacitè rehabilitetur. *l. qui ad certam 14. ff. locat. conduct. l. 16. C. eod. uti sup. th. 10. sub f. indicatum.* Sic enim legislator Solmensis in §. 3 Zum andern 3. in f. ibi: Doch soll alsdann eine newe Landsiedelleihe und Verschreibung zwischen Ihnen beyden Theilen auffgerichtet werden, ubi particula soll, itemque copulativa (&) utrumque & contractum novum & instrumentum desuper conficiendum, videtur requirere.

(Ad §. 2.) 18. Porrò scriptura ista vel simpliciter & unicè in colonum concepta est, seu tantum coloni meminit; vel etiam heredum. Priori casu wann allein des Landsiedlers gedacht wird non putarem recedendum esse à regula *l. viam veritatis 10. C. locat.* ibi, etiamsi locatio temporalis sit, intra tempora tamen locationis heredi quoque onus locationis incumbit. *add. l. 29. 34. C. eod.* Berlich, *2. conclus. 45. n. 1. & seqq.* Sed si heredum mentio adjecta fuerit, und seinen Erben; subdisting. an hæc verba simpliciter posita sint, an verò illa in su per adjecta legantur; zu Landsiedelin Rechten. Etenim hoc casu expressio nominis & juris [illegible] minus dubiam facit, quin contractus iste duret [illegible] ter ordinariam ipsius naturam aliquid adjectum & de [illegible] bus mutatum sit. Cæterum si alicui & ipsius heredibus [illegible] bona locentur, & scripturâ confirmentur, absque [illegible] & declaratione; Dubitari quidem poterat, annon [illegible] contracta videatur: Verum ipsa non verba captanda [illegible] quod actum est inspiciendum venit: *l. 9. de servitut. l. pen. [illegible] bend. l. semper 34. de Reg. Iur.* ne sic quidem Emphyteuticus, [illegible] potius contractus colonarius in hac provincia celebratus [illegible] censebitur: siquidem sola heredum mentio non statim jus perpetuarium, & Emphyteuticum confert §. Dann erstlich 2. [illegible] Et quidem in contractu Emphyteutico constituendo [illegible] me hoc indicandum est rei immobilis possessionem [illegible] tilis dominii in colonum emphyteuticarium transferri, [illegible] in recognitionem directi dominii, certam pensionē quotannis solvat. Wesenb *in parat. si ager vectig. n. 3. vers. Formam.*

(Ad §. 6.) 19. Implementum respicit traditionem ipsam [illegible] quam Legislator Solmensis requirit 1.) determinationem [illegible]

nium.§ Erstlich 6.*ibi*: So Jemand seine Feld-Güter zu Land-siedelrecht verleihen will; Soll er dieselben zuvorderst/ (wo es nicht albereit geschehen) länden / stecken und steinen lassen/ also daß man eigentlich wissen möge / was und wie viel dem Land-siedel geliefert werde/ auch wie/und wie viel derselbige hinwieder dem Lehen-Herrn/im Fall die Landsiedelleihe jhm abgekündet würde/zuliefern schuldig sey. i. e. fines discernere debet repagulis,sudibus, lapidibus: His enim præcipuè modis fines agrorum ad evitandas cōtentiones quotidianas disterminātur *l. lege Agraria.3.pr.& §.bi quoq; 2.de termino moto:ibi qui faciē locorū convertunt.* Per lapides autem & terminos & limites, finium certitudo inducitur & multæ contentiones de finibus & agris præcaventur, *Hieron.de Monte Brixian.de finib.regund.cap.15.n.3.*

30. Quod si ædificia adjuncta sint agris s. bonis campestribus (den Feld-Gütern) requirit legislator daß der Lehen-Herr dieselben dem Landsiedel in guter Tachung / Schwellen und Wänden/sampt Fenstern und Ofen / und andern inbauen in gutem wesendlichen Stande und Bawe liefern / und jhme solche Bäwe in dergleichen guten Wesen zu erhalten befehle. Ut enim certitudo finium varium hoc jus quasi intra certitudinis limites coercet, *Hieron.de Monte B.d.cap.15 n.3.* Ita in ædificiis, quæ colonus aliquando integra restituere tenetur, certa descriptio desideratur, *arg l.13.§. Exercitu veniente.7.ibi: milites fenestras & cætera sustulerunt locati conducti. facit l. sed ædiles 19.§.2. ibi: Dominum instruere ea debere.l.15 §.1.ibi: aut villa non reficitur vel stabulum vel ubi greges ejus stare oporteat. l.25.§.si vicino 2.in fin.ibi: si ostia fenestrasve nimium corruptas locator non restituat.d.tit.* utique conductor non tenebitur de suo tectum cooperire, nec puteum purgare, nec aptare fenestras nec ostia. *Natta & alii citati Garcia de expensis cap. 14,n.15.vers.conservat.* Unde si quid tale fecerit colonus, idque ultra tempus conductionis duraturum sit, æstimationem ejus petere potest. *post Bartol.in l. Coloni.11.§ qui maximos.5,q.17.n.18. de publican. Garsias.d.n.5. in fin.*

31. Jure Colonario sic constituto, requirit legislator Solmensis amplius à Domino fundi assistentiam in puncto, sive articulo

ticulo intentatæ actionis, & quidem impensis conductoris s. coloni faciendæ, *d p.2.tit.7.§.item* da der Landsiedel 10.*ibi:Item* da der Landsiedel künfftiglich in solchen Gütern angefochten würde/ etlicher Stücke halben/ oder das jhme abgezackert würde: So soll der Lehen-Herr Jhme dem Landsiedel (doch auff desselben Kosten) mit seinen Briefen / Büchern und Registern zu hülffe kommen und Beystand thun. Ubi primum dispiciendum de re ipsa, an etiam jure civili in contract. locat. Conduct. à locatore præstanda sit evictio; deinde cujus sumptibus ea sit expedienda. Quod rem ipsam attinet: Licet multi qui de evictionibus scripserunt, locationem inter causas præstandæ evictionis omiserint *v. Burgundus de eviction, cap.20.ubi num.ult.tantum in Emphyteusi evictionem admittit.C.I.A.de eviction.§.5. Greiner. de evict.§.26.& seqq.* Nititur tamen assertio legislatoris nostri expresso textu *l.si quis domum 9.Locati l.& hæc distinct. 35.eod.Caballinus de eviction.§.4.n.56.* idque propter affinitatem quam cum contractu E.V. habet. Franzk *in comment.de evict.n.* 410.

32. Quod sumptus attinet: Equidem contrarium in emptore respondit Burgundus *tr.de Evict.cap.93.n.1.* contendens, venditorem lite mota teneri rem defendere suo sumptu; non emptoris, per *l.suo victu,18.§.quod nisi,20.pr.de oper.libertor.* sed probabilior est eorum distinctio, qui interesse dictitant, utrum emptor qui tempestivè denunciavit victus sit, an vicerit: Ut priori casu una cum pretio rei, sumptuum refusio fieri debeat *l.si cum quæst.17, C. de Evict'. Titius 43.d.act.empt.* Posteriori non æque: nam si v.g. eos ab adversario, qui rem evincere conatus est, consequi possit, cur venditorem eo nomine urgeat *l. properandum 13. §.sin autem alterutra.C.de judic.v.Franzk.de evict.n.913.& seqq.* Verum Legislator Solm. non tam de refusione quam prima erogatione sumptuum loqui videtur. Etenim cum ex veriore sententia, venditor, non teneatur litem illatam emtori, in se transferre, sed saltem liti adsistere, *l.Empti actio 21.C.de Evictiõn.l.1.C.ubi in rem actio* Franzk *de Evict. n.638.& 639* (Unde emptor vinci dicitur, *l.51.de Evict. l.15. Cod. eod.* legiturq; appellare *l.63.§.ult.de Eviction.*) Venditor autẽ defungatur officio, si Emptori consilio adsistat, & causam instruendo

juve

juvet C.I. *A. de Evict.* §. 7. *n.* 1. Itaque etiam Emptor-non venditor, sumptus litis interim subministrabit. Idque perinde in conductore etiam rectè constitutum est. Non tamen amittet hos sumptus; sed Domino eos imputabit; idque ex ea ratione, quia Dominus mercedem totam pro fructibus recipit, adeoque ad ipsum etiam pertinere debent hi sumptus: qui itidem nomine meliorationum veniunt. Nec enim magis meliorat qui parietem fulcit, quam qui contrariam actionem repellit *Beer. decis.* 44. *n.* 15. *Garcias de expens. cap.* 14. *n.* 27. Cumque jure constitutum sit, ut detrimenta, quæ colonus ob fundi evictionē passus est, à locatore recipiat. *d. l.* 9. *Locati. ubi Mornac.* Quidni etiam sumtus & impensas in litem factas.

33. Videamus jam de effectibus cōstituti hujus juris colonatii. *Conf. Franzk. de locat. cond. n.* 85. Quorum alii respiciunt Locatorem; Alii conductorem. Respectu locatoris considerari potest effectus tum primus, tum ortus. Primus consistit in obligatione quæ ex contractu inito immediatè oritur, & à Legislatore Solmensi in his capitibus præcipuè collocatur §. *item soll.* 9. *ibi* soll der Lehen-Herr den Landsiedel und dessen Erben (nempe intra tempus definitum) vel si heredum mentio cum adjectione der Landsiedel Leihe facta sit, (1) treulich bleiben lassen/ (quod & jure civili cautum est: Nam locationis contractu absoluto ac perfecto Locator tenetur conductori usum rei præstare, & efficere, ut conductor re locata commodè uti possit. *l. ex conducto.* 15. §. 1. *l.* 24. §. *colonus* 4. *l.* 60 *locati. Cujac.* 3. *observ.* 38. *Covarruv. lib.* 2. *resolut.* 15. *n.* 13.) (2.) Ihn nicht ersteigern (pensionem intendere) cum ea certa ab initio constituenda sit, *l.* 22. §. *ult. locati. c.* 35. §. *un. Eod.* nec prætextu minoris pensionis rescindi locatio debeat. *l* 23. *d. t.* noch (3.) umb eines anderen liebern Landsiedlers/ oder auch hohern Pachts willen (sic ut nec prece vel affectu; nec pretio corrumpi se aut concuti patiatur) der verliehenen Gütern nicht verstossen (4.) Ihnen nicht gefähren/ noch auch (5) wieder die Billigkeit beschweren. congruit *l.* 21. *ibi*: *de contractu b. f. habito propter hoc solum, quod alter majorem obtulit ponderationem, recedi non oportet C. de locato d. l. & ideo.* 23. *ff. eod.* Congruit etiam

(*De effectibus juris colonatii, resp. Locatoris.*)

(*Ad §. item soll 9.*)

jam Constit. Dihtmarsiæ *tit.*78. vom Heur-Gute. *ibi:* Der einem sein Gut verheuret für bescheidene Heure / der ist schuldig Ihmē die Zeit außzuhalten / so lange Er das Gut verheuret hatt. Quod si huic obligationi contravenerit, ex conducto conveniri, vel etiam per interdictum & mandatum ad implendum adigi poterit, *Maul. de locat. & conduct. tit. 6. n. 45. & seqq.* veluti ex formula mandati lit. B. subjecta patebit. *(Lit. B.)*

34. Effectus ortus respicit jus Dominii, Domino reservatum (posset etiam effectus negativus s. negativè consideratus dici. *C. l. A. de locat. th.* 57.) Locatio enim conductio non transfert dominium rei locatæ *l. non solet. 39. locat. l. 27. C. eod. l. cum manu. 80. §. ult. De contrahenda emptione*, ac ne possessionem quidem *l. 6. § 2. l. 60. §. 2. Locati.* scilicet ex natura contractus, nisi accesserit alia causa, utputa confusio, vel conventio specialis, ut non eadem res, sed alia ejusdem generis reddatur, *l. in navem. 31. Locat. Cujac. in comment. C. Locati. p. 415. &c.* quam locationem anomalam & irregularem vocant, *Wisenbach. in Vindiciis thesium de mutuo & th. 27. p. 95.* perperam contrarium asserit Salmasius *in Diatrib. de mutuo p. 49. & 50. itemq; in tr. de modo usurar. & alibi* Jaboleni verbis male intellectis, seductus in *l. in omnibus. 55. de obligat.* Non enim ibi locatio contractibus dominii translativis annumeratur, sed aliis causis; quod ex textus resolutione liquidò constat. *conf. Wisenb. d. loco th. 12,* Qua analysi observata, non opus erit ut textum corrigamus. cum Dn. Gœsio *Vindiciis pag.* 91. aut ut dicamus cum Heraldo *in observat. ad jus Attic. lib. 7. cap. 21. §. 3.* intelligi ibi abusivè dominium usus. *v. Bachov 1. Disp. Tr. 26. 8. 6. a.* Ex quo fit quod si Dominus bona alii vendiderit, ut tunc titulus dominii translativus vincat debiliorem: und gehet auch dieses Falles Kauff vor Miete/ sive ut textus noster *part. 2. tit. 7. loquitur.* §. Zum andern. 3. Wann zu der Landsiedel leihe außgelassene Güter verkauffet werden / so bleibet der Landsiedel nicht dabey / sondern muß von den Gütern auff Erstattung seiner Besserungen weichen. Idque iterum juxta dispositionem Juris Civilis *in l. emptorem. 9. C. de locato & conduct. juncta l. 25. ff. eod.* quæ ne invicem pugnare videantur, Disting. inter Emptorem & Venditorem, Emptor enim nul-

late-

atenus tenetur stare locationi quam ipse cum colono non contraxit *d.l.9*, nisi ea lege disertè emerit, sive eam legem disertè contractui Emptionis inseri passus sit ac admiserit, ut conductor per tempus conventum in fundo maneret *l. si mercedem 53. §. ult. de Act. Empt. vendit.* Maul. *de locat. conduct. tit.* 8. *n.* 11. *ubi plures limitationes subjicit.* At venditor ex contractu obligatus est ad hoc, ut vel colono jus suũ recipiat, vel reservet, aut ipsi interesse præstet: *d. l.25. §.1.l.9.pr.locat. Cœvallos. Opin. commum. quest.756.n.71. Zas. in comment. ad dict. tit. n.41.* Nisi alienatio ex necessitate profecta ac suscepta sit. *Idem n.33. fac. l.3. C. locat. ubi Gothofr. conf. C.I, A. tit. locati th. 28. n.2. vers. 5. Berlich. 2. conclus. 45. n.13. & 14. & ex eo, more suo, Carpzov, 2. constit. 29. definit. 4 & 5. conf. Anton. Loisellum in manuali consuetud. Gallicar. lib. 3. tit. 6. ibi* Vendūe ou achapt, passe lôuage.

35. Effectus respectu conductoris des Landsiedelers / (*rationem contin. & connexionis vid. ap. Franzk. d. tit. locat. n.85. & 176.*) itidem diversimodè considerari potest. Nam si *contractus vim* respiciamus, colonus *uti §.33. d.* acquirit jus possidendi bona locata, saltem naturaliter sive naturali detentione, conjuncta cum fruendi commoditate *l.15. §.1. locati. ubi Franzk. n.85.* ita ut à Domino sive locatore in quieta possessione relinquendus sit, tantisper dum pensionem die Pfacht solvat, vel fundus vendatur *d. part. 2. tit. 7. §. 9. ibi: item* soll der Lehen-Herr dem Landsiedel und dessen Erben bey solcher Lehen treulich bleiben lassen. Eandem sententiam fovet *l. Æde. 3. C. de locat. l.13. §. ult. ff. eod. add. l.15 §.1. & §.2. ibi: oportere agrum præstari conductori, ut frui possit. d. t. l.25. §.1. ibi: Colono frui, inquilino habitare, liceat. eod.* (*Effectus resp. conductoris.*)

36. Quod si traditionis implementum accesserit, sive fundus colono semel traditus sit, considerari potest hujus implementi effectus & ante alienationem à locatore susceptam & post eam peractam. Antequam Dominus fundi fundum alienat, potestatem quidem habet colonus colendi & excolendi; sed intra definitum & præscriptum modum, non pro lubitu eoque arbitrio quod Emphyteutæ concessum est, *Constit. Solmens. p. 2. Tit. 7. §.* Zum dritten. 4. *ibi:* Der Landsiedel hat keine ungemässene Macht das Gut zu besseren und zu bawen. *v. Carpz. de Expens. cap. 14.*

& 15. Reinking. de retract. q. 6. n. 408. & seqq. Enimverò si Dominus bona locata ex justa causa legitimè alienet, vel quod perinde valet, eadem ex simili ratione ad se recipiat, cedere colonum oportere, jam supra indicatum est *th. 34. conf. Louetum in Sylloge arrestorum lit. L.* sub tit. locataire contrainct desloger p. 449.

(*Ad §. 21.*) 37. Et hi quidem effectus commodum coloni concernunt. Nunc obligationem ipsius & onera juxta seriem à Legislatore Solmensi præscriptam, considerabimus; præmittentes in genere: Eum omnia secundum legem conductionis facere debere *l. 25. §. conductor, 3. locati.* Quo pertinet quod in §. Des Landsiedel ist schuldig. 21. Legislator Solmensis exigit, ut colonus Domino requirenti reversales suo sumptu conficere curet, tradatq; ein Beständnuß-Brieff / cui instrumentum locationis der Leihe-Brieff inseratur, sub sigillo judicis vel præfecturæ sub qua bona sita sunt: In quibus reversalibus promittat, pro se & heredibus suis, quod omnia in instrumento locationis contenta ipsique præscripta fideliter observare & custodire velit. conf. dicta sup. th. 24. Cujusmodi reversales literæ etiam in feudis ac emphyteusibus aliisque negotiis receptæ sunt v. G. *Anthon. Disp. feud. 15. th. 5. lit. F. pag. 231. v. inf. formul. C. D. E. F.*

38. Eodem modo requiritur à colono, ut bona sibi commissa curet æque ac bonus paterfam; Ita ut conditio eorum melior, non deterior efficiatur §. item soll er die bestandene Güter.

(*Ad §. 22.*) 22. congruunt præcepta Juris Civilis *d. l. 25. §. 3. ibi:* ne deteriorem fundum faceret, Et ibi: præterea villarum curam agere debet, ut eas incorruptas habeat. *Garcias de Expens. cap. 14. n. 24.* Quæ omnia cum post alios latè atque accuratè deducat *Franzk. ad tit. locat. conduct. n. 197. & seqq.* eo lectorum remittimus.

39. In specie autem à colono exigitur, daß er in eine Huben Landes Jährlichen auffs newe einen Morgen wohl zu Korn oder 3 viertel zu Weitzen thünge; was er aber darüber thüngt / das ist nach Landes gewohnheit seine Besserung. Voluimus Ita § item und nemlich 23.

(*Ad §. 23.*) verbotenus referre, cum ejus ratio agricolis notior sit quam Phœbicolis: sic enim Alciatum quoque & Cujacium in explicatione istarum rerum lapsos esse, scribit Joh. Ottinger *de jure & controvers. limit. lib. 1. cap. 10. p. 297. conf. p. Gregor. in Syntax.*

Jax. artis mirabilis lib. 27. *c.* 1. *& seqq. Colerum & alios sup. thes.* 11. *citatos.* Clarior tamen exibit sensus ubi præcipua vocabula prius exposuerimus. Nam (1) eine Hube Landes apud Germanos diversimode usurpatur *Vid. Besold thes. pract. verb. Huff. Wehnerum ibid & in verb. Churmiedt. i.e. curia conductio. Anthon. Disp feud. th.* 7. *Lit. K. Modestin. Pistor. p.* 4. *quæst.* 135. *n.* 1. *mansum* terræ interpretatur Lindenbrog *in Glossario verb. Mansus versic. Gloss Latina Theotisca: in verb. Mansus, Houba. Speculum. Saxon: lib.* 1. *art.* 34. Dimidietas mansi eine Halbe Hube. Nos ad parallelismum juris Romani intuentes, arbitramur eo nomine quadantenus intelligi posse id quod latini dicebant arvum. Licet enim Varro *lib.* 1. *de re rustic. cap.* 19. hoc vocabulum restringat ad agrum aliquem aratum nec satum; Quomodo etiam Festus *ex edit. Josephi Scaligeri p.* 18. interpretatur: Nos tamen Ulpianum *in lib.* 3. *de censibus* sequuti, dicemus, Arvum proprie & Juridice appellatum fuisse, certum terræ tractum, qui aliquot jugera contineat. *vid. L. forma* 4. *ibi; arvum quot jugerum sit. de Censibus. Hygen de limitib: constit p.* 206. *ibi* (*Agris arvi primi, arvi secundi* (*s. primarii & secundarii*) *vectigal ad modum ubertatis per singula jugera constitutum.*

40. Hubam Veteres Germani 50 jugis aratoriis definiebant, *uti tradit Fuldens: lib.* 2. *n.* 12. *Lindenbrog. in. d. Gloss: vers: mansos. circa f.* Moderni longe paucioribus. Nam legislatori Solmensi sufficit, Hubam Germanicam ita excoli; das auffs wenigste ein Morgen zu korn oder 3 viertel zu Weitzen gethünget werden. Per vocem Morgen intelligimus Jugerum s. eum ruris modum, mensuram & quantitatem, quæ uno jugo boum in die exarari possit *vid Plin. lib.* 18. *N. H. cap.* 3. *p.* 709. Τὸ πλέθρον s. πλεθρον. Cur autem in siligine s. secali im Korn oder Rocken integrum jugerum; in tritico vero tantum tria jugeri quartalia desiderentur; Oeconomis exputandum relinquimus. Enim vero si Dominus dubitet, utrum colonus meliorationes debitas adhibuerit. v. g. die Tüngedie sich Jährlich auff den Gütern zu thun gebühret i. e. stercorationem, *l.* 7. *C. de cursu publ. conf. infr. th* 44. ocularem inspectionem eo nomine instituere potest §. Item

hatder

hat der Lehen Herr. ii. Cum enim colonos paupertas sua sæpenumerò ad malitiam compellat, ut subinde malignari soleant, *argum. i. feud.* 10. Meritò Domino visitatio ista & inspectio permittitur; quam sanè Varro bonis patribusfam. quotannis suadet faciendam *vid. wesenb. de usucap. n.* 12. *vers. Cur autem tam brevi tempore.*

(*Ad* §. 14.) 41. Amplius & hoc in specie à Colono requiritur, ut diligenter animadvertat, ne fines s. termini agrorum commutentur vel vicinorum agricolatione deterantur: sed ut si tale quid per alios attentetur, Domino id indicet, turbantesque ejus consilio coerceat. §. Item ersollgute achtung 24. *fac. d. l.* 25. §. 3. *locati.* *Adhibe LL. Colonarias Justiniani pr.* περὶ γεωργῶν, *ibi: agricolam qui fundum suum colit, justum esse oportet, nec in vicini solo terminos transire.* Quam facilè autem termini isti & limites pervertantur & quantum publicè privatimque intersit, ne temerè confundantur, docet post veteres Ottingerus *de jure & controversiis limitum lib.* 1. *Cap.* 19.

(*Ad* §. 25.) 42. Quod si etiam compererit partes aliquas fundi jam ante interversas fuisse; jubetur §. 25. Idem Domino citius melius indicare, ut ejusdem adnitente opera, reliquo corpori agrorum s: Synthesi, iidem denuo restituantur, adjungantur & redintegrentur. Dices id longe excedere terminos locationis, ut conductor s. colonus teneatur investigare bona quæ amissa scilicet ac deperdita fuerunt, antequam ipse fundum conduxisset: cum regulariter (*vid. l.* 25. §. 7. *locat.*) sufficiat eum præstare dolum & culpam *l.* 23. *de R. J. l.* 31. *in fin. locati.* Et quos alios textus horsum allegat Bocer; *in comm: ad d. l.* 23. *cap.* 4. *n.* 69. Respond. Non imponi hic colono necessitatem penitius inquirendi, Sed indicandi undecunq; aut quomodocunq; cognita & explorata. ibi, So der Landsiedel noch andere mehr stück die auch in solch Lehen Gehörten/ erführe. Esset enim contra b. f. occultare ea quæ comperta habuisset, quæq; utriusque commodo atque utilitati cessura fuissent *arg: Cap.* 1. § *porrò. Ext. ut Ecclesiast: benefic. sine diminut: conf. l.* 1. §. 1. & 2. *Quod vi aut clam. D. Schön ap. KlocK.* 3. *Cons.* 195. *n.* 102. & 103. *v. Racemat: Criminal.* 4. *th,* 29. *Bonacin. tom.* 2. *tr. de restit. Disp.* 1. *q.* 2. *puncto.* 3.

43. Ju-

43. Jubetur porrò §.26. sepimenta, fossas, fluenta, aquæ ductus, vias, itinera, limites & lapides terminales, cum cæteris pacificationibus & juribus bonorum sibi locatorum absque divulsione, & in vigore atque usu continuo conservare; nempe ut non tãtum agri ipsi, sed & jura his annexa illibata maneant *v. Carocium de locat. conduct. part. 4. q. 42. &* 43. ubi docet, quatenus colonus teneatur facere & mundare fossata atque aggeres suis expensis, item reficere puteum, cloacam & similia. (*Ad* §. 26.)

44. Jubetur insuper §. 27, stramen & fimetum s. sterquilinium servare agris stercorandis, nec aliis melioramenta ejusmodi, pecuniâ vendere. Licet enim sterquiliniũ quoddam etiam comparari soleat vendendi causa: Regulariter tamen stercorandi agri gratia conquiri & conservari solet: Itaque etiam fundo vendito vel legato, sterquilinium & stramenta emptorem & legatarium manent: quia fundi sunt; inquit: Ulpianus *in l. Fundi.* 17. §. 2. *de Act. Empt. vendit.* Quantum enim momẽti stercoratio etiam ad fundi emolumenta conferat, ipsi quoque JCti non verecundati sunt annotare & profiteri *l. cum quæreretur.* 60. §. 3. *inf. de leg.* 3. *l. in instrumento* 8. *de instruct. vel instrum. leg. l.* 7. § *si quis.* 6. *quod vi aut clam.* (*Ad* §. 27.)

45. Et hæc quidem ad curam ipsorũ agrorum pertinent: Quod ad *arbores* attinet: Nullam arborẽ frugiferã vel sativam cædere colonus debet absque præscitu & consensu Domini, §. *item er soll keinen.* 28. Cum enim arborum magna sit utilitas, antiquitas omnis earum curã cum peculiari sollicitudine ac quadam veluti religione gessit. Mitto quæ Theologi *ad Deuteronomii cap.* 20. *vers.* 19. *ibi*: *Non succidas arbores de quibus vesci potes, & alibi* hac de re commentantur. Nota est l. 12. tabb. si injuria alienas arbores cæsit in singulas æris 25. luito. *de qua Jacob Gothofr. tab.* 2. *& in probat. pag* 51. grassatores etiam capite plexos fuisse nvenitur *in l. sciendum* 2. *Arb. furt. cæs. Sylvius Comment. add. LL. Regias pag.* 163. Quod & Servius scripsit *ad Virgil. Eclog.* 3. *vers. Atq; malâ vites incidere falce novellas, ibi*: Fuerat autem capitale crimen, arbores alienas incidere. Enimvero cum colonus vel maximè curam concrediti sibi agri ejusque partium gerere debeat. *d. l.* 25. §. 3. *locati.* Et culpæ ipsius annumeretur, si propter inimicitias ejus, vici- (*Ad* §. 28.)

 nus

nus arbores incidat *d.l.25. §.4.* multo magis ipse ab hac damni illatione abstinere debet. Unde *in l. si colonus 9. Arbor. furt cæsar:* constitutum est; si colonus sit, qui arbores ceciderit, non tantum pœnali actione *l.7.§.6.;d.t.* sed etiam ex locato cum eo agi posse *v.Racemat.ad d.tit.th.37.* Imò quia (ut supra dixi) Locatio ideò fit, ut colonus rei potius prosit, quàm obsit: Ideò si arbores exciderit, non tantum actione locati; sed etiam lege Aquilia & ex l. 12: tabb. arborum furtim cæsarum & interdicto quod vi aut clam tenetur *l.25.§.ipse quoq; 5.locati.l.in duobus.28. §.colonus. 6. de jure jurand.* Quanquàm si locator actionem locati elegerit, judicis officio cæteras omittere cogatur *d.l.25.§.5.*

(*Ad* §.29.) 46. Abstinere etiam in §. 29. jubetur ab omni innovatione: soll keinen newen Roht oder Satz in den Gütern machen noch auch Wasser leiten/so zuvor nicht gewesen. Ratio indicata est sup.th.30. Licet enim Dominus, etiam fines sive limites, in propriis agris mutare queat. *post Bald. Hieronymus de Monte Brixiano tr.de fin.regund. cap.21.n.2. facit l.24.§.ult.ibi in ea re quâ jure meo usus sum,de dam: infect.* Colono tamen neutrum licet nec in agro, nec in aqua *l.1. §.4. & seqq. de aq. quot: & æstiv:* Ducitur autem aqua ad varios usus; utputa ad irrigandum agrum, item pecoris causa; imo etiam amœnitatis gratia *l.hoc jure.3. de aq.quotid. & æstiva,* sed quia plurimum interest accolarum, ne aliter quam pro more ducatur, variè in hanc rem provisum est, *l.1.d.t.l.1. de rivo & alibi.*

(*Ad* §.30.) 47. Vetatur etiam colonus in §. 30. bonorum speciem immutare, veluti ex agris vineta, prata aut hortos; vel viceversa, ex pratis aut hortis agros, absque Domini præscitu & consensu efficere. Præterquam enim quod colonus in re aliena versetur, adeoque figuram & speciem rerum mutare non debeat, *per d.th.praced.* nec aliquid alieno solo imponere, quod sciat domino soli statim cessurum *l.2. de superficieb.l. qui res.98.§. aream. de solut* Res ea etiam fraudationibus occasionem præbet *l.3.§.hi quoq; 2. ibi qui faciem locorum convertunt, ut ex sylva novale aut aliquid hujusmodi faciunt, plectendi sunt. De termino moto.* Nec officit quod in *l.si cujus 13. §.fructuarius, 4. de usufr.* dicitur: fructuarium causam proprie-

prietatis meliorem facere posse: & nominatim vineas instituere si plures inde reditus cogi possint *d.l.13,§.5. vers. & si fortè in hoc quid instituit.de usufr.* Major enim potestas fructuario quam colono competit. Nec est quod quis porrò objiciat; imo colono idem permissum esse *in l.colonis 61.ibi; Colonus cum in lege locationis non esset comprehensum ut vineas poneret, nihilominus in fundum vineas instituit.Locati.* Quam constitutionem ut mirabilem notat Garcias *de expens.cap.14.n.11. circa fin.* Nam (1.) colonus ibi nihil facit *contra* legem vel conventionis vel topicam ; sed tantum nonnihil *præter* legem. (2.) proponitur vinea utiliter collocata & fundus ita melioratus, ut propter vinearum fructum denis amplius aureis annuis locari possit (3.) supponitur itidem Dominum cum manifesto expendentis damno locupletiorem fieri: Itaque meritò factorũ sumptuum habetur ratio *l. 55. §.1.Locati.* Quod si evidens utilitas cesset, etiam sumptuum repetitio cessat. Diversum tamen in Gallia servari ex Choppino notat Autumnus *ad d l.61.locat.* Arbitror eo casu, quo vel disertè vetitum fuit aut publica aut privata lege, ne quidquam de forma rei vel in melius mutaretur, vel quo casu utilitas insignis nõ apparet. Ut n. vinea benè posita, bonique generis, bono cultori nunquam non cum magno fœnore gratiam retulit, veluti Columella ait *lib. 4. de re rustic. cap. 3.* sic si solum & cœlum non conveniant, non plures vineæ instituendæ sunt, quàm rei familiaris exigit necessitas. Est enim vitis res tenera, infirma, injuriæ impatiens: Itaque nisi locus sit aptissimus, vinea sumtu fructum devorat, seu absorbet. Ut Varro *lib.1. de rustica cap.5.* scribit.

48. Multo minus debet colonus bona sibi concredita divellere, dividere, liberis assignare veluti pro dote: sed ea junctim conservare, ut tota agrorum synthesis s. μετοχὴ (*v.l.Titia: 34.§.1.& ult.de legat.2.l. Alumn.30. §.Titia.1.de Adimend. vel transfer. legat.*) Domino vel ejus heredibus restitui possit. §. item noch weniger 31. Cum enim in locatione Dominium regulariter nequaquam transferatur *l.Non solet 39.Locati.l.27.C.eod.* Nulla etiam species alienationis aut mutationis possessionis colonis concessa est. *per l. Malè 2.C.de præscript.30.vel 40.annor. & l. cum scimus 22.* (*Ad §.31.*)

D 2 §.illud

(*Ad* §.32.) §.*Illud quoq; in.C.de Agricolis.* Unde in §. sequenti 32. Aliæ etiam species alienationis removentur, p. venditio, oppignoratio, ad census vel pensiones obstrictio; siquidem hæc omnia verbo alienationis prohibitæ, continentur *l, ult.C.de reb.alien.non alienandis l.* 1. *C.de fund.dotal. conf.in simili Anton.Disp.feudali 9 .th.4.& 5.* Eadem

(*Ad* §.33.) de causa vetatur §.33. onus aliquod operarum rusticarum vel curialium vel aliud quodcunque gravamen in se recipere; unde aliquando servitus fundo injungi queat. *facit 2.F. 8.§. Rei autem vers.Quid ergo.Anthon. d.th.5.lit.K.*

49. Ex adverso tenetur Colonus tum ad servitutes antiquitus prædiis impositas vel inhærentes, sufferendas, tum ad tributa superiori debita, præstanda. §. *Item* Was aber von altera

(*Ad* §.34.) 34. Cum n. tributa, pensiones & similia gravamina fundo inhæreant eumque comitentur *l. Imperatoris 7. de publicanis.* Et impendia ejusmodi onus fructuum sint *l. neq; stipendium.13. de impens. in rem dot. factis.* Meritò etiam tributa stipendia & similia onera ferre tenetur *l. es quidem 2. C. de annonis. ubi Accurs.Bartol: Al.latè post Jason. Roman & alios. Alvar: Valascus quæst.17. n.27. facit l.sine herede 32.§. Lucius de administ tut: cap.Tua nobis 26. ibi: Colonus de parte fructuum. de Decimis. Et inprimis text in l. Si.sive 32.§. 6. de administrat: & periculo tutor. Cujacius in comment: ad l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. per d. l. 32.§.6 & l.36. de jure fisci.* Dissentit graviter Garcias de expensis *cap. 14. n. 18. vers. tamen.* Cum enim Dominus pro fructibus pensionem accipiat, inquit, procul dubio ipse fruitur nó conductor. *per l. non utitur. 38, de usufr: juncta seq. l. quia qui pretio. 39. eod. ubi dicitur, eum qui pretio utitur, non minus habere intelligi, quam qui principali re utitur fruitur* &c. Potest tamen communior sententia ex eo contra hanc Objectionem defendi, Quod Fiscus immediatè fundum & ejus possessionem & fructuarium de præsenti persequatur, nec curet cujus demum utilitati ea res tota cedat. *l. ult & t t. C. sine censu & reliquis.* Nec conqueri de eo casu potest colonus quem prævidere debebat *arg. l. 9. §. 1 ibi Quia hoc evenire posse, prospicere debuit. Locati. conf. tr. de Metatis p. 100. th. 17. 18. 19.* Ubi de remissione, an & quomodo Dominus eam facere teneatur, dictum.

ctum.conf.etiam *not. ad d.l.32.§.6.de administ. & pericul. tut.* Eodem modo dissentit Amaya *ad d.l. as quidem. 2. C. de annon. & tribut n.53. & 54.* Quia tributorum onus pertineat ad eos qui pro suo possident, *d.l.2.* Resp. id. d. l. non dici, sed generalius: Eum annonas solvere qui possessiones tenet & fructus percipit. Possessiones autem tenere (quod ille Hamaxarius & ineptus Cujacii, Hillgeri & aliorum doctorum virorum censor, non intellexit) Regulariter & proprie denotat fundum quoquo modo obtinere *l.9. de R.V. l.18 de acceptilationib. l.49. §.1. de acquirenda possess. & pass.* nec obstat quam ille objecit *l.44. §. ult. de usucap.* Nam JCtus de casu singulari ibid. accurate & circumspectè loquitur, quo scilicet servus vel filius, cujus Dominus vel pater apud hostes erat, rem emerat, adeoque tenere tantum & pro alio detinere atq; servare cœperat; ubi quæritur Domino vel patre apud hostes permanente, an & quando possidere & usucapere is incipiat? Itaque tantum abest ut locus iste probet, tenere idem esse quod possidere: ut contrarium potius inde colligatur. Non obstat etiam *l.4. C. de Agricol.* Ex qua Thomas. *de collect. pag. 3172. n.8.* colligit; Dominos fundorum; nō colonos, tributa solvere teneri: Agit enim d.l. 4. non de liberis hominibus; sed de colonis Originalibus. *jung. d. ibi seq.*

50. Cæterum quæ de tributis & oneribus hic asseruimus, cum legisl. Solmensi de ordinariis intelligimus, per verba was die Güter der Obrigkeit von Alters gegeben: quo modo & DD. plerique *d.l.2. C. de annonis* exaudiunt. *Carocius de Locat. conduct. part. 4. q.39. n.14.* Verùm quod collectas extraordinarias attinet, de quibus colonus ne quidem cogitare potuit, ab iis merito excusatur. *arg. d.l.4. C. de Agricolis & censit. lib. XI. tit.47.* quam *Carocius allegare voluit d.p.4. quæst.39. n.3. Novell. 128. cap. nullus 14. de Collatoribus Laymannus de justit. & jur. lib.3. tr.4. c.22. §.4. versicul. Corollarium 2.* Dissent. *Franzk. ad tit. Locati. n.17. & seqq. ubi inverso ordine Conductores ad extraordinarias, non ad ordinarias collectas teneri, tradit,* sequutus scilicet Klock. *de contribut. c. XI. n.168. & seqq.* ubi statuta quæ colonum ad tributa præstanda adigunt, iniqua esse statuit. Verum id de his accipiendum, quæ nullam colono repetitionem permittunt:

sunt: Carocius a. ipse concedit onera improvisa à colono reperi posse *Carpz. part. 2. const 37. defin. 15. v. Mozz. de nat. loc. p. 485. vs. si a.*

51. Porrò quod census & conventæ mercedis s. pensionis præstationem attinet, præcipitur Colono in §. item soll er

(Ad §. 35.) seine Zinß. 35. ut eam singulis annis exhibeat, neque ultra triennium eam differat; Fore alioqui ut Domino urgente, Locatione excidat. Qua in parte mitius videtur agi cum colono quàm Jure Civili provisum sit. Nam ut vulgo tradunt, si intra biennium non solvatur pensio, expelli conductor poterit, *per l. 54. §. 1. Locati. l. 3. C. eod.* qui textus clariores sunt quam ut per argumentum à contrario sensu *ex l. 3. C. de locato.* desumptum, possint labefactari, & constitui, si vel semel in pensione inferenda colonus cesset statim eum expelli posse. *v. C. l. A. Locati th. 14. n. 4. Caroc. part. 4. de Locat. conduct. tit. 28. n. 2.* Enimvero quia Legislator Solmensis animadvertit, hanc definitionem (ut etiam post biennium privata authoritate quis colonum possit expellere) non satis tutam esse & alios in diversas abire sententias. *vid. Manlium de Locat. conduct. tit. 7. n. 17. ubi quinq; opiniones recenset. Franzk. comm allegatis in tit. Locati. n. 182.* quia etiam arbitratus est humaniorem eam sententiam esse, quæ post biennium demum arresta & arrestationes bonorum permittit & quidem demùm contra conductorem latitantem, *in l. cum domini. 56, Locati.* Ideò voluit in terminis triennii tantis subsistere, arbitratus, judicem conventum triennii moras non laturum in colono, qui nec in Emphyteuticario eam ferat *l. in Emphyteuticariis. 2 ubi Coras. & cæteri C. de jure Emphyteutic. congruit praxis descripta à Carocio d. qu. 28. n. 11. & seq. Mozz. de subst. L. C. p. 479.*

52. Et hactenus quidem de colono & conductore per se spectato, legislator egit: Sequitur in §. item wann deren

(Ad §. 36.) Landsiedel 36. de Coloni hæredibus, ubi utiliter provisum est, ne fundus temerè dividatur, & pro uno colono plures debitores Domino obtrudantur. Sed ut unũ constituatur caput seu persona, à cujus tanquam certi stipitis eines gewissen Stammes (alias portitorem s. procuratorem vocant, einen Träger) manu, solidum censum s: pensionem integram Dominus queat percipere. Ut enim ipse colonus vetatur bona colonaria dividere & separare

separare vel etiam in liberos dispartiri §. *item* noch weniger *31. conf.th.48.* Ita multo magis heredes ejus, qui plus Juris habere nequeunt quam ipsorum author, divisionem talem vel potius dispersionem instituere jure vetantur. Licet enim in feudis non Regalibus hoc permissum sit, ut successores illud possint dividere. *2.F.55.§.praeterea Ducatus:* nempe quia hoc modo Domini conditio uti d. redditur melior; non pejor, quippe qui pro uno Vasallo sic plures acquirit *vid.Anth.Disp.Feud.9.th.3.Lit.C.* Alia tamen causa est colonorum, qui Domino non praestant aliquod fidelitatis sacramentum, nec meliorem Domini conditionem reddunt, fundos & agros dissipando atque convellendo: Sed eum in periculum hoc conjiciunt, ne per divisiones clancularias bona ipsius imminuantur. Utcunque enim divisio non recenseatur in ipsa *l.ult. C. de reb.alien.non alienand.* inter alienationum species; aliquando etiam facile permittatur *l.ult.C.comm.divid.* In rebus tamen alienis valde periculosa est, cum & sic alienationem sapiat *l.1.§.2.vers.si communis l. pupillorum.7.pr.de reb.eor. qui l. inter minores 17. C.de prad.& al.reb.min. Sandaus de prohib.rerum alienat, cap.1.§.3.vers.30,* Et haec planè est sententia Ulpiani *in l.communi.7.Communi.divid,* monentis; Licet judicium communi dividundo instituatur inter plures colonos, tamen non esse à judice dividendum agrum vectigalem per regiones: siquidem alias praestatio vectigalium confunderetur *v.Gail 2.observ.153.n.3.* Habet ergo Dominus singulos coloni heredes obligatos in solidum *arg.l.23.& 24. C. de locato l.85.§.5. & l. cum ex causa 139.de verb. obligat.*

53. Ex his fundamentis rectè judicatum est A. in judicio oppidano, in Sachen S. Th. Klägers contra S. F. Beklagten daß selbiger als Vorträger biß Joh. Baptistae 1652. inclusive gerechnet/ vermöge des in vim probandi ad acta gelegten Außzuges die per Rest erforderte 82. Rthl. 16. Schillinge verfallener Zinse/ salvo regressu an seine Mit-Erben/klagendem Stiffts Schaffnern/beschehenen excipirens ungehindert/in Zeit der Ordnung mit Abtrag Kostens/abzurichten schüldig/ Jhme aber/ da er in solcher Trägerey künfftig zu verbleiben nicht gemeinet/ sich mit

denen

denen Interessirten deßwegen zu vergleichen/und Klägern einen annehmlichen Träger zustellen/hierbey reservirer uñ vorbehalten seyn solle. Nec profecit ab hac sententia appellans, prætendens, daß solche Trägereien nicht in allen Contracten/ seu quovis genere debendi, sondern allein in Mann- und Erb-Lehenschafften statt finden/ da die requisitiones & renovationes der Investituren gebrauchet werden. Addens: Dann wann der Vasall oder Emphyteuta versterben und viel Erben verlassen/ welchen allen pro canone nachzugehen dem Domino rei beschwerlich falle: So könne derselbe die renovationem des Lehens so lange zurücke halten/ biß cohæredes defuncti Vasalli vel Emphyteutæ dem Lehen-Herrn einen annehmlichen Curatorem oder Träger gestellet. Nam idem in colonis nostris obtinere, supra demonstravimus. Et ita contra famosum & eruditum adversarium etiam in secunda instantia obtinuimus.

(*Ad §. Item soll. 37.*)

54. Ex digressione ista legislator noster redit denuò ad ipsum colonum, vetatque *in §. item* soll. 37. ne sine justa causa locationem resignet & alios agros conducat. Concordare Jus Civile apparebit ex traditis Franzkii *ad tit. Locat. conduct. n. 211. & aliis inferiùs allegandis.* Licet enim hæc locatio non contrahatur in perpetuum, sed ad certum tantum tempus: Quia tamen in hoc contractu bonæ fidei, omnia etiã sincere fieri decet & convenit: Ideoque Dominus, intempestiva coloni renunciatione, damno affici non debet; maximè si nulla justa causa (*de quibus vid. C. l. 4. tit. Locat. sb. 15. & 21.*) appareat; sed colonus tantum lucellum suum aut commoditatem spectet. Talis enim intempestiva resignatio (feudistæ refutationem vocant. *2. feud. 14. & passim*) non minus ac temeraria migratio, meritò improbatur *l. 13. §. 2. loc. tit.* Ut enim Locatio mutuo contrahentium consensu constituitur; Ita etiam mutuo consensu iterum dissolvitur *§. ult. Inst. quib. mod. toll. obligat. Maul. de locat. conduct. tit. 8. n. 1.* Adeoque colonus ante tempus locationi destinatum fundum deserens totam mercedem s. pensionem exsolvere tenetur *l. si in lege 141. § si domus 2. locati l. Dominus. 35. §. ult. Eod. Maul. d. tr. tit. 7. n. 9.* Itaque qui contra legem conductonis fundum ante tempus sine justâ ac probabili causâ deseruerit, ad solvendas totius temporis pensiones ex con-

ducto

ducto cōveniri poterit, quatenus locatori in id quod ejus interest indemnitas servetur: *inquit Paulus in l. Dominus 55. §. ult. locat. conf. Knipschild. de contract. Exercit. 9 thes. 22*

55. Neque etiam licet colono plures ab alio quopiam agros suscipere, si illorum cura in cultura impeditura sit, quo minus jam antea susceptis debitam curam & sollicitudinem adhibere & impendere queat, *uti disponit* §. *item* also soll auch 38. (*Ad* §. also soll auch 38.) Licet enim factum liberi hominis nec cōstringi nec cogi possit; *l. Titio 71. §. 2. de condit. & demonstrat. l. pen. Si quis à parente manumiss. l. 1. & 2. C. ne quis liber invitus.* Quando tamen quis certam rem curandam suscepit, caveri potest impedimentum, quod suscepto operi objiciatur. Omnia enim secundum legem locationis facere colonus debet *l. 9. §. 3. l. 11. §. ult. Locati. l. 19. C. eod.* & in re locata benè non malè & negligenter versari l. *ade. 3. C. de locato.* curamque & diligentiam boni patrisf. in re conducta adhibere *Franzk. in tit. locat & conduct. n. 197.* Quod fieri vix potest animo in plures curas distracto: siquidem juxta vulgatum veriverbium: Pluribus intentus minor est ad singula sensus. *l. ult. C. de adsessor. Barbos. Locuplet. lib. 14 cap. 39. axiom. 4. & 5.*

56. Quod si tempora bellica ex inopinato ingruant, periculum colonus Domino seu locatori tempestivè significabit; (*Ad* §. 39.) imprimis si ille longius dissitus fuerit; nempe ut curiæ in tempore queat prospicere; §. *Idem* wo Krieg und Heerzüge. 39. planè ad præscriptum *l. item quæritur 13. § exercitu. 7. l. 15. §. 2. vers. itemq; dicendum. Locat. v. Anton. Fabr. C. Sabaudico eod. tit. def. 33.* Quod si id facere neglexerit; tenebitur Domino ad interesse seu ad damnum quod subsecutum fuit resarciendum, nempe si denunciatione factâ Dominus incommodis illis potuisset obviare. *Fulgos. in d. l. 13 §. 7. Ripa & alii ibid. Maul. de Locat. conduct. Lit. G. n. 65.*

57. Illud mirum videri poterat, quod *in* §. *Item* soll ein Landsiedel. 40. edicitur: (*Ad* §. 40.) Colonum non debere lapideam structuram ducere sine præscitu & consensu Domini Prædii; cum tamen structuræ tales insignem fundi meliorationem videantur continere: Atque ita mirabilem iterum dicit textum sive dispositionem *l. si cujus 13. §. 3. & seqq. de usufr. Garsias de expens. cap. 14. n. 11.*

 Enim-

Enimvero quia structuræ istæ latetitiæ, præsertim in his partibus valde pretiosæ sunt,. quarum reparatio & refusio Domino fundi difficilis posset accidere: Meritò ut captiosa atque multis controversiis occasionem præbitura, sequestrata & exulare jussa fuit. *arg.l.si cujus. 13. §.si tamen. 6. ibi: sed nec ædificium equidem positurum in fundo. De usufr.* Maximè cum in locatione agrorum colonaria, non opus sit structuris splendidioribus, quæ prædiis Urbanis potissimum debentur. *fac. l.si prius. 17. §. 1. ibi Non enim consuetudinis est, ut qui aquam habeat per lapidem statim ducat. de aqua & aqua pluvia arcend. Cujac. ad l. 4. §. si quis mihi 5. si servit. vindicetur.* Unde improbè & malitiosè facere colonus videtur, qui tantos sumptus impendit & animo locatoris onerandi potius, quàm augendæ & meliorandæ rei conductæ gratia, multùm pecuniæ erogat ac profundit; ut *in l. si servos. 25. de pignorat. act. l. utilium. 8 in fin de impens. in rem dotal. fact. l. in fundo. 38. de rei vindicat.* Et expertus sum his artibus subdolos quosdam practicos, ædes & prædia Dominis refusionem meliorationum detrectantibus, aut solvere non valentibus, intervertisse.

(*Ad* §. 41.) 58. Enimvero quia supra §. 14. Colono severè injuncta & commendata fuit custodia finium & limitum, ne in his quicquam mutetur vel aliquid illis decedat: Et quia in §. 26 ipsi denuò inculcatum fuit, ut jura & usum finium diligenter tueatur: Meritò in §. item es hat auch der Landsiedel nicht Macht. 41. ipsi interdicitur, ne proprio marte sine præscitu & consensu Domini cum quoquam de limitibus & lapidibus eum in finem figendis & constituendis paciscatur. Cum enim termini dominia rerum afficiant; *Post Paul. de Castro Hieronymus de Monte Brixiano tr. de fin. regund. c. 15. n. 1.* Meritò istæ limitum positiones in præsentia eorum, quorum interest, peragunrur alias nihil valituræ. *Ottinger lib. 1. de jur. & controv. limit. lib. 1. c. 17. n. 45.*

(*Ad* §. 42.) 59. Quod si Dominus bona ad se recipere vel vendere velit, colonus factâ ipsi meliorationum refusione, possessione cedere debet §. item ob der Lehen-Herr der Güter. 42. Ratio ejus rei exposita est supra th. 32. *conf. Mozzius de locat. conduct. sub tit. de naturalibus Locationis 6. pag. 481. n. 3.* Addi potest ratio alia ex

§. Dann

§: Dann erstlich. 2. Quod locatio ista non sit perpetuaria, sed in potestate Domini sit positũ, bona sua ex justa causa ad se recipere cupiat, colono locationem renunciare, utcunque is in re, re s. fundo malè fuerit versatus *v. inf. th. 62.* Nec impedit quod Antiqui colono demum restitutionem injungunt locatione finitâ, *Franzk. in tit. locat. n. 218. per l. 48. §. 1. d. tit. §. pen. Inst. et l. l. 29. C. eo a.* Prætérquam enim quod textus adducti hujus restitutionis disertam mentionem non faciunt; apparet ex superioribus, locationem non tantum finiri tempore: sed ex aliis etiam causis. *l. Æde. 3. C. locati.*

60, Denique cum colonus ex fundo colonario sua commoda, ac veluti vitæ præsidia hauriat, æquum est ut Domino fundi fidem & amorem præstet, commodum ejus procuret, & damnum pro virili avertere studeat, quod ultimum est requisitum in §. item und zum letzten. 46. Licet enim Colonus Domino fidelitatis ejusmodi vinculo non teneatur ut Vasallus seniori: Licet etiam fundo non fruatur ut beneficio, sed sub onere mercedis, *Layman. de justit. & jur. lib. 3. tr. 4. cap. 21. in pr.* Adeoque ingratitudinis verbum cõsiderari nequeat in eo ubi non præcessit beneficium. *Pacianus cons. 112. n. 31.* Quia tamen (uti dictum) colonus de bonis istis se suosque exhibet: Ideo Legislator Solm. eundem hoc pacto ad quandam recognitionem adstringere voluit. Cum ex sententia veterum, Ingratitudinis permissio ad quævis mala incitamentum præbeat *v. Samuel petitum lib. 7. de legibus Attici tit. 8. pag. 539.* Et circa locationes conductiones maximè fides contractus servanda sit: *quæ verba sunt l. circa. 19. C. de locat. conduct. §. pen. Inst. eod. ibi: ex bono & æquo,* (*Ad §. 46.*)

61. Et hæc quidem pleraque ad consentanea juris colonatii pertinent: nunc contraria quoque aliqua subjiciamus. Finitur enim locatio non tantum mutuo dissensu. *§. ult. Inst. quib. mod. toll. oblig.* Sed & (1.) temporis definiti decursu. *Mozzius de Locat. Conduct. sub tit. Quomodo finiatur sive annulletur contractus locat. cond. pag. 514. n. 2.* Quæ enim ad certum tempus restricta & concessa sunt, post tempus illud cessant & desinunt *l. statu liberum 11. §. 1. de legat. 2. l. si unus. 27. §. si cum reo 1. de pact. Pacian. 1. de probat. 32. n. 1. & seqq.* (*De Cõtrariis.*)

1. *& seqq. Carpzov. 2. decis. 128. n. 14. & 15.* Nec cogitur Dominus finito locationis tempore fundum relocare: licet colonus tantundem præstare velit quantum alius: Dominus enim exacto hoc tempore gratificari & locare fundum suum poterit cuicunque voluerit. *l. ne cui. 32. ibi patere facultatem Dominis loca cui voluerint locandi, C. de locato. Maul. de locat. conduct. tit. 8. n. 3.*

(*Ad §. 6. 12. & seqq.*) 62. Imò finitur etiam (3.) Domini renunciatione legitima d. tit. 7. §. Erstlich. 6. ibi: im Fall die Landsiedel-Leihe jhme abgekündet würde. Quæ facultas Domino singulis annis libera relinquitur in §. Item hat auch. 12. ibi: Item hat auch der Lehen-Herr Macht eines jeden Jahrs die verliehene Güter seiner Gelegenheit nach dem Landsiedel aufzukünden und wiederumb zu sich zu nehmen/ utcunque enim olim locationes in quinquennium i. lustrum solerent contrahi. *l. si quis. 9. §. 1. locati Cujac. in Paul. ad l. 24, §. ult. d. tit. & in Novell. 120. itemq; in Paulo, l. 74. d. R. V.* si tamen nihil convenit, in annum tantum obligatio inducitur; *l. 33. C. locati. ubi v. not. C. I. A. Locati th. 14. n. 3. conf. 13 §. ult locati l. 1. § 4. de Migrando.* Ne Dominus ultra placitum à rei suę usu arceatur. *l. 3. C. locati c. 3. §. verùm. sed.* Cæterum renunciatio ista fieri debet b. f. & sine fraude, eo fine scilicet, quod agrum ipse per se vel per suos conductos famulos colere voluerit, neque aliis denuo elocare. (ita enim in recentiore edit. §. 12. recte legitur) und nicht anderwerts verleihe. (2) Renunciatio ista honesta ratione niti debet, utputa (1.) si colonus Domino annuas pensiones non præstet, wann der Colonus jhm seine Jährliche Pfächt nicht entrichtet. d. tit. 7. §. Item wann der Lehen-Herr. 13. Quomodo & jure civili Locatio solvitur, si conductor pensiones non solvat. *Mozzius. d. rubr. Quomodo finitur, p. 515. n. 10.* Adeoque Dominus Colonum expellere potest si pensionem intra biennium non solvat. *l. quæro. 54. §. 1. l. 56 Locati. l. 3. C. Eod. cap. 3. §. 1. x. b. t. cū Coras. C. I. A. d. th. 14. n. 6. sup. th. 51.* (2.) Si in re locata perverse ac nimis negligenter versetur. *d. l. 3. ibiq; Sichard. n. 1. 4. 6. & C. d. tit l. 54. §. 1. ff. Eod. cap. 3. §. 1. Eod. Gomez. tom 2 cap. 2. n. 5 Aliiq; citati C. I. A. th. 14. n. 9.* Quod Constit. Solmens. § 15. sic effert: Wann er die Güter in gebührlicher Achtung/ Bawung und

Tünge

Zünge nicht hält. Perversè autem tunc maximè videbitur in fundo locato versari, si bona alienare vel terminos confundere attentaverit: Wann er die Güter zum theil vereussert / verschlisset / vertheilet / die Stein und Rein abgehen läst. d. §. 13. Cum enim ne quidem possessio propriè d. in colonum transeat, *l. 6. §. 1. b.* tantum abest ut dominium transferatur, l. 39. *de locat. l. 27. C. Eod.* non possunt coloni sibi vel alii causam possessionis mutare: si enim hoc in colonorum potestate foret, malè sæpe cum Dominis ageretur, Uti loquuntur Impp. *in l. 2. C. d. Praescript. 30. vel 40. annor.* sed & fines & terminos agrorum sibi commissorum confundere scelus est. *l. 2. ibi quin pessimum factum sit eorum qui terminos finium causa positos perpulerunt, dubitari non potest. de termin. moto.* Itaque merito audiendus est Dominus, qui hominem adeo subdolum & noxium in suis agris non ferat, cum Colonis major facultas quam aliis quibusvis, Domino nocendi, hoc modo contingat. *l. lege Agraria 3. §. Hi quoque 2. de termin. moto.* Consonat Constitut. Dithmarsf. tit. 79. quæ sic inscribitur, Auß was Ursachen der Gut-Herr den Heurlingk vor seiner bestimbten Zeit möge außtreiben / verba Constit. ita habent. So (1.) der Heurlingk die betagte Hüre zu rechter Zeit nicht abgiebt / mag ihn der Gut-Herr abtreiben / unangesehen daß ihme das Gut längere Zeit und Jahr-Zahl verheuret ist. (2.) So es sich auch begebe / daß der Gut Herr des Gutes selbst hoch vonnöthen hette / oder daß er das Hauß / welches er verheuret / wieder bauen müste / so mochte der Heurlingk räumen / ob gleich die Zeit / als ers verheuret / noch nicht verflossen wehre. (3.) Gleicher Gestalt ob einer des geheureten Gutes mißbrauchte / daß er das Hauß Thal (zu grunde) wohnete / Bretter und Dielen von den Wänden und Bienen verbrennete / und dergleichen andere Mißbräuche begienge / so kan er vor der bestimbten Zeit außgetrieben werden.

63. Tertio rationes renunciationis colono aperiendæ sunt, §. Item wann dann der Lehen-Herr. 13. Haud dubie ut cognitis illis facilior sit in cedendo, aut excusationes suas & exceptiones Domino remonstret; *arg. l. 1. De Edendo.* Quas etiam (*Ad §. 13.*)

 Domi-

Dominum attendere & examinare oportet; Ne tam libidine & violentiâ, quam ratione usus videatur *conf. l. 13. Quod met. caus. N 176. d. R. l. l. 3. C. de pignor. conf. Statut. Lubec. & ad ea Mevium lib. 3. tit. 8. artic. 2. n. 27.* ibi: Er kan darauß nicht getrieben werden/es sey jhm dann zuvor gebührlich auffgekündiget. Quarto renunciatio ista fieri debet tempestivè & solemniter juxta §. Item soll der Lehen- Herr. 14. ibi: Soll die Abkündigung gemeinen Land-Brauch nach thun durch den Schultheissen 3. Tage 6. Wochen vor S. Petri Stuelfeyr-Tage Cathedra Petri genant/ nempe ut agri tanto rectius aliis locari & ab illis excoli, colonus etiam tempestivè de alia statione sibi prospicere possit. *conf. l. 7. §. 1. & 2. solut. matrim. cap. 1. §. bis consequenter. verb. post Augustum. Hic finitur lex 2 feud. 28. Trentler. 1. Disp. 16. th. 9. B. Anton. Disp. feud. 12. th. 6. Lit. B.* Fieri autem debet (5.) iterato & quidem per Scultetum § . Item wann die ersten 14. Tage 15. & (6.) Tertia vice §. Item so die Besserung 18. Nimirum ut post renunciationem secunda vice, sive alterâ quaterdena factam suspiciatur & instituatur meliorationum æstimatio; der Besserungt Abschätzungt.

(Ad §. 16. & seq.) 64. Enim verò cum meliorationes utiles & necessariæ conservari colonis in re conducta æquum sit; *l. Dominus horreorum 55. §. 1. Locati. Jason in l. 1. C. de jure Emphyt. n. 25. Garf. de expens. & meliorat. c. 14. n. 10.* quæ quidem perpetuam rei utilitatem respiciant, *juxta notat. in l. Domus. 58. de Legat. 1. ReinKing de retract. Consang. q. 6 n. 392. & seqq.* Idcircò illæ per juratos æstimatores sumptibus Domini æstimari debent, §. item es soll ein Lehen Herr 16. ilq; æstimatores juramentum (si pars id exigat) debent præstare, §. Item es soll die Partrien 17. Utcunq; jam antea generale Juramentum officii dederint sive præstiterint. *d. §. 17. inf. conf. l. 8. §. un. & ibi. not. fin. regund. l. 3. C. eod. Hieronym. de Monte Brixiano tr. fin. regund. C. 32.* ubi ait: Etiam judicem qui agrimensorum ope uti vult, debere ipsis juramentum & quidem partibus præsentibus deferre, de legaliter exercendo & mensurando.

65. Antequam autem hoc fiat, significare debet Dominus colono, quod si in agris dumeta, vepreta, spinas vel simile quid

